

Del Collegio de la Compañia de Jesus de Granada

R 8739

ARISTOTELIS ΠΕΡΙ

ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ, HOC EST, DE INTERPRETATIONE LIBER, A MAGNO AVGVSTINO NIPHO

philosopho Sueffano interpretatus & expositus, ad

Ioannem franciscum Areneum excellentissimum Arenarum Comitem.




PARISIIS.

APVD CHRISTIANVM WECHELVM

sub scuto Basiliensi : & sub Pegaso in

vico Bellouacensi.

M. D. XL.



Del Collegio de la Compañia de Jesus de Granada R/8729

ARISTOTELIS ΠΕΡΙ

ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ, HOC EST, DE INTERPRETA
TIONE LIBER, A MAGNO AVGVSTINO NIPHO

philosopho Sueffano interpretatus & expositus, ad

Ioannem franciscum Areneum excellentissi-

mum Arenarum Comitem.



PARISIIS.

APVD CHRISTIANVM WECHELVM

sub scuto Basiliensi : & sub Pegaso in
vico Bellouacensi.

M. D. XL.




ARISTOTELIS ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ, HOC EST, DE INTERPRETATIONE LIBER, INTERPRETE ATQUE EXPOSITORE AVGVSTINO NIPHO, AD IOANNEM FRANCISCVM ARENEVM EXCELLENTISSIMVM ARENARVM COMITEM PRAEFATIO.

Non semel Comes excellentissime, auditores rogarunt, vt librum ^{περί ἑρμηνείας} hoc est, de interpretatione Aristotelis, & interpretarer, & exponerem: ego vero quum, quo ad translationes ipsas, nihil preclari: quo ad commentationes, nihil noui addi posse inspicerem, bona fronte onus recusavi: quo nanque ad translationes ipsas, noſter Boetius adeo curioſe ſingulum verbum tranſtulit, vt nec ſyllabam omiſſiſſe viſus ſit. Ioannes quoque Argyropylus iunior graecus quo ad ſenſus ipſos, ita fideliter librum interpretatus eſt, vt ab illa Ariſtotelis grauitate nullatenus alienus alicui videbitur: quo autem ad commentationes ipſas, inueni inter graecos diuum illum Alexandrum aphrodiſium, Porphyrium peripatheticum, Philoponum ex Ammonii doctrina: inter latinos vero doctiſſimum Boetium, curioſum Thomam Aquinatem ita ſapide ita accurate librum hunc commentatos eſſe, vt temerarium ſit inter tantos velle audere. Viderer enim, vt in prouerbio dicitur, vulpes inter muliones, aut acus inter arma. Occurrebas tamen tu vnus, qui me ad has gerrulas adendum prouocaſti: aſſerens iis ex noſtris vigiliis huic eſſe fructum vt quae graeci verboliſ, vt ſolent, commentationibus atq; obſcuris dixerint, per has meas breuius atq; perſpicuius haberi: quae vero minus moderate, per has meas moderari, atq; in bonu reduci. Traſlationes praeterea non inuiles eſſe penitus perſuadebas. Illae ſiquidem Boetii, quia nimis ſunt verbis addictae, obſcuriores ſunt. illae Ioannis Argyropoli intentae ſenſui duntaxat, ſua & non Ariſtotelis verba interdum obſeruant. At noſtrae mediae ſunt: tantoque caeteris fideliores, quanto in nullum addendo vel diminuenſo verbum prorumpunt: cuius in commentationibus non meminerim: Itaque vt tibi potius quam his perſuaſionibus obediam, conceſſi harum noſtrarum gerrularum publicationem: tamen ſi vulpes inter muliones, aut inter arma acus videar: non enim ſi tibi hac in re ſatiſfecero, parum feciſſe videor. Inter primates nanq; regni nullo genere minor es. Inter philoſophiae ſtudioſos, ſtudioſiſſimus. Inter milites, & ſi nondum aetas conuenerit, adeo ſtrenuus vt inter tuae aetatis commilitones nemini ſis ſecundus. Summus orator, dei ac naturae magnus interpres. Magnificus atque magnanimus, & quod raro in principe eſt hac noſtra tempeſtate, ſubditis iuſtus & liberalis: ita vt inter coaevos tuos grande miraculum habeatis. Accipe igitur has noſtras ſiue elucubraciones, ſiue gerras tibi dicatas: atq; ſub tuo nomine publicatas: quae ſi aliis quibus maleuolis temerarię videbuntur: tui, & non mei culpe detur, qui has ege re coegit. Vale.

ARISTOTELIS

ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ, HOC EST, DE INTERPRETATIONE AVGVSTINO NIPHO PHILOSOPHO SVESANO INTERPRETE ATQ; EXPOSITORE. Liber primus.



Primum oportet conſtituere quid nomen, & quid verbum: deinde quid eſt negatio, quidue affirmatio, atque enuntiatio, & oratio.

Com. 1.

Subiectum & intentio idem.

Enuntiatio subiectum.

Exaſatio.

Po. Boe. de subiecto.

Obiectio nes contra Boetium.

2. poſitio.

Conſuſatio

Ermenia quid.

Exaſatio.

enim frequenter circa ſaalia ſimbrias dilatant. arca vero ardua et occulta uoces ſummittunt. Tu uero a nobis contrarium expectabis, quantum uidelicet a nobis fieri poteſt.

Sunt quidem igitur ea quae in uoce, quae in anima paſſionum, notae. Et quae ſcribuntur, eorum quae in uoce. Et quemadmodum nec literae omnibus eadem, ſic nec uoces eadem.

De nomine, deq; uerbo, enuntiatione, ac oratione pertractare propoſuit, ante tamen q̄ de is proſequatur, quaedam communia de uocibus, ſcripturis, ac animae paſſionibus intercipit: ſed de cauſa intercepti ambigunt expoſitores.

Herminius neceſſitatem illius modi intercepti fuiſſe auctum, ut propoſita rei comodum inſinuaret. Sed hoc ſtare non poteſt: nam utilitatis commodiue narratio proximi pars eſt, ut Ariſtoteles in rhetoricis tradit: ſummus autem nunc ipſo in tractatu, quod uerbum [igitur] inuit. Porphyrius interpoſita rei cauſam, propter ueterum diſſenſus circa uocum ſignificationes, inquit: nam ueterum quidam uoces; formis ſiue ideis ſignificare credidere: alij coceptiones, alij ſenſus, ſenſationeſue ipſas, alij res exiſtentes, quia igitur Ariſtoteles de nomine, deq; uerbo pertractaturus erat: contrarias diſpoſitiones, ac aduerſa impedimenta elidendo, ueteri queſtioni generatim curſimq; ſatiſfecit. Sed nec hoc ſtare poteſt. Primo, quod queſtio haec partem ad quolibet definita, quae dicturus eſt de nomine & uerbo, non impedit. Secundo, haec res eſt grauis, eſtq; altioris negocij, tranſcenditq; limina praesentis uoluntatis: quum de ideis, deq; formis contendat. Melius igitur cum Alexandro, Ammonioq; ſentendum: quod Ariſtoteles haec praecipit. Tum ut genus definiendarum rerum colligat, Tum differentiam conſtitutiuam, uidelicet, quod nomen uerbum queq; ad placitum ſignificent. Tum differentiam diſcretiuam, uidelicet, ut nomen ſine uero & falſo: enuntiatio, & oratio cum uero uel falſo. Haec enim Ariſtoteles animaduertens quaedam communia de uocibus, ſcripturis, ac paſſionibus praecipit. Aſſumit igitur quatuor ad praesentem pertractationem conſerentia, res, uidelicet, conceptiones, uoces, atq; literas. Oportet autem primo petere haec quatuor non fruſtra eſſe, ſed aliquem propter finem. Siquidem neq; natura, neq; ars aliquid fruſtra faciunt. Secundo, petimus horum quatuor duo eſſe naturae ſeſe habentia, ut res, conceptioneſq; duo uero poſitione, ut uoces, & literae. Vt igitur ſcias quae horu natura ſe habeant, quae poſitione, ponit praecipit eiuſmodi: quod quae apud omnes eade ſunt, haec natura ſe habent: quae uero non apud omnes eadem, haec poſitione ſe habent. Huius praecipii prima pars eo patet, quod natura in cunctis uniformis eſt & ſimilis. Poſitio uero euariat. Quare quae res et coceptiones apud omnes eade ſint, naturae ſe habent. uoces uero & literae, quum euariant, poſitione habentur. Arguit igitur, quae cumq; ſunt aliorum ſigna uel notae, poſitione ſe habent. Voces, & ſcripta ſunt notae uel ſigna aliorum: uoces ſunt notae conceptionum: ſcripta uero uocum: igitur uoces & ſcripta ſunt poſitione, praepoſit minorum dicentis. [Sunt quidem igitur ea quae in uoce;] eiuſmodi ſunt nomina & uerba [earum quae in anima paſſionum notae: & quae ſcribuntur.] Sunt notae ſiue ſigna: [eorum quae in uoce.] Haec ut minor, quaſi concludit, et inquit [Et] hoc uerbu in graeca conſtructione, quicquid graeci ſentiant, uim habet ſepe illatiam apud Ariſtotelem.

Com. 2.

Dubitatio de cauſa in uoce.

Cauſa heretice.

Cauſa porphyrii.

Conſuſatio.

Expoſitio cauſe ſecundum ueritatem.

Quae ariſtotelem aſſumit.

1. petitio.

Secunda.

Praecipit.

Sillogiſmus littera.

Legitur ita stotelem quasi dixit. [igitur quemadmodum nec literæ o-
men græcæ, in quibus eadem, sic nec uoces eadem] uerbum (sic) in uer-
bis græcis non est, sed ex ui constructionis subaudiendum.
Secunda igitur præcepti pars perspicua, uidelicet, quod ea
que in uoce, & que scribuntur, positione se habet. Aliter
intelligi potest, ut dicemus. Queritur uerbum illud (igi-
tur) quomodo tenetur. Expositor latinus ait dixisse igitur:
quasi ex præmissis concludens hunc, uidelicet, in modum
de nomine, deq; uerbo pertractandum: nomina & uerba
omnes uerbum illud esse notam executionis, & non illationis af-
firmant: quod mihi conuenientius est. Querit secundo
Ammonius. Ammonius cur primo è uocibus, quam è rebus sermocinari
cepit. Dicendum de eis primo, tanq̃ à magis huic libro
cōuenientibus, quicquid Ammonius dicit. Querit tertio
Porphyrius. Porphyrius cur dixit (Sunt quidem igitur ea que in uo-
ce) & non (sunt quidem igitur uoces.) Itemque cur non
dixit literæ uti (ea que scribuntur) dicit. Porphyrius
nult quod nomen & uerbu sunt partes orationis prolatae.
Est enim oratio prolata totū quoddā integrale ex nomi-
ne & uerbo const. tūc, nomē uero & uerbu scripta par-
tes orationis scriptæ: & quoniam partes sunt in toto magis
quā contra totum in partibus, nam continet totum par-
tes, & non e contra. Idcirco inquit (sunt quidem igitur ea
que sunt in uoce) hoc est nomen & uerbum, que sunt in
uoce, hoc est, oratione prolata ut partes (earum que sunt
in anima passionum notæ, & ea que scribuntur.) uide-
at nomen & uerbum in scripta oratione (eorum que sunt
in uoce.) Sed hæc expositio ridenda est. Tum primo:
quia cum difficultate intelligitur partes esse in toto: esse
in enim non cōpetit partibus nisi in proprio, quarto phy-
sicæ auisitationis. est autem loquendum ut plures, secundo
Topi corum. Tum quia in tam exiguo sermone æquiuoca-
ret de esse in. Nam dum dicit (eorum que sunt in anima)
sumit esse in, una ratione: dum dicit (ea que in uoce) alia
ratione. Simili ratione errant qui uolunt, esse in, æpi
ut inferius cōtinetur in suo superiori. Nam primo in uer-
bo esse in, accipitur proprie, secundo uero improprie.
Quare melius esse in utroq; eodem modo accipiendum est.
Nam nomen & uerbum sunt in uoce ut in subiecto, uti
res artificialis in re naturali. erit igitur sensus (sunt quidem
igitur ea que in uoce) ut nomen & uerbum que in uoce
herent, ut in materia & subiecto (notæ earum passionum
que in anima sunt) etiam ut in materia & subiecto. Nam
cōstat tunc Aristotelem non æquiuocasse uerbo illo esse in.
Querit quarto Ammonius cur Aristoteles ait passionum:
πᾶσιν α enim græce passio est: passio autē affectus. modo
affectus nō est cōceptio, siue similitudo: quā Aristoteles in-
telligit. Dicendū, quod hæc tria, uidelicet, similitudo, cōcep-
tio, et passio idē sunt: alia tanē ratione cōceptio enim et
intellectio ut intelligendi principii & ratio, ut uero à re
ipsa deriuatur, similitudo siue species, ut intellectum ipsum
perfiat, passio: unde & intelligere & sentire in quodam
pati saltē perfectiue consistit: ut dicit in his que de ani-
ma. unde qui uerbum græcum παθητικόν in latinum
conuertunt affectuum: nec græcissunt, nec græcam constru-
ctionem sentiunt. Quanto querunt nulla esse in uoce,
que non sunt passionū notæ, ut grauitas, auitas, & accen-
tus, et id genus. Dicendū propositionem Aristotelis indefi-
nitè esse legendam, non autem uniuersaliter. Sexto petit,

utrum ut ea que in uoce notæ sunt eorū que in anima: ita
ea que scribuntur, eorum que in uoce. Respondet Alex-
ander quod sic, & tunc litera est legenda sic. (Sunt qui-
dem igitur ea que in uoce, earum que in anima passionū
notæ: quemadmodum que scribuntur, eorum que in uoce.)
Nam uerbum illud & i græcum, quod latine frequentissime
in & conuertitur. Interdum Alexander nult apud græcos
accipi pro nota similitudinis, ut pro fiat, uel quemadmo-
dum, & id genus. Hæc Alexander dicit. Huic obiāt
Porphyrius. Primo, quia ad simplicem sensum nihil addi
oportet. Secundo, quia in tam breui ordine, tanque breui
oratione non est partitio intercedenda. Tertio, si ita se ha-
bent que scribuntur ad uoces, ut uoces ad ea que in anima:
tunc ut uoces uariis literis permutantur, sic passionēs uariis
uocibus euariantur. Mihi uidetur cum Alexandro & Expositio
Aspaxio, & ita secundo modo exponi potest, ut Aristoteles
prosequendo de nomine uerboq; primo colligat inter uoces
& scripta conuenientias secundo inter res & passiones.
Voces igitur & scripta conueniunt primo quod ambo sunt
ut signa, uoces quidem conaptionum, scripta uero uocum.
Secundo, quod ut uoces non sunt omnibus eadē, in scripta,
inquit (sunt quidem igitur ea que in uoce, earum que in ani-
ma, passionum notæ, & ea que scribuntur, eorū que in uoce.)
Quare uoces & scripta conueniunt in hoc, quod ambo sunt
ut notæ siue signa. Et hæc est prima cōuenientia. Deinde
subscribit secundam dicens (& quemadmodum que scri-
buntur non eadem omnibus, sic neq; uoces eadem.) Hæc est
secunda conuenientia. Dixit autem (in anima) quod græcæ est
ἐν τῇ ψυχῇ, & non in intellectu: quoniam intellectus etiam
ad diuinum refertur, aut quod intellectus nouas passiones
non suscipit, sed de his in libro nostro de intellectu, & de
anima. Ea ergo que sunt in uoce & ea que sunt in scri-
ptis conueniunt primo, quod ambo notæ ac signa sunt. Se-
cundo, omnibus eadem non sunt. Tunc ad obiecta con-
tra Alexandrum. Ad primum dicendum, illum simplicem
sensem esse potentia & uirtute amplum & compositum.
Similiter si oratio est breuis, cōpendio est oblonga. Ad
hæc, tertium argumentum probat ibi non esse in uo similitu-
dinem, sed in parte esse potest, ut Alexander sentit.
Quorum tamen hæ notæ primo eadem om-
nibus passiones animæ sunt. Et quorum hæ
similitudines: res iam eadem. De his quidem
igitur dictum est in his que de anima: alterius
enim hæc sunt negotii.
Cæpit Aristoteles, ut Alexander dicit, ponere diffe-
rentiam inter ea que positione tali sunt, & ea que natu-
ra tali. Ea que in uoce, & ea que scribuntur, positione
talia sunt. Nunc uero quod animæ passiones & res sunt
natura tales, declarat. Potest autem textus esse præmissa, &
potest esse simplex narratio. Siquidem præmissa, syllo-
gismus erit que eadem apud omnes, sunt per natura talia.
Natura enim, ut Ammonius inquit, est uniformis semper.
Passiones & res eadē apud omnes, igitur natura tales erūt.
De syllogismo accipit minorem tantum in textu. Si uero est
narratio tantum, it tunc secunda pars differentie, & in-
quit. (Quorum tamen hæ notæ primo sunt passiones animæ
omnibus eadem: & quorū hæ similitudines, res iam eadem)
sunt, igitur passiones & res sunt omnibus eadem, & ita
tales per naturam. Hac foras expositione Aristotelis argu. Her-
uerba exanimando: argumentum Hermenij contra Alexan-
drum

Alexand.
responsio:
Obiectio
porphyrij.
Expositio
propria.
Defensio
Alexan.
Com. 3.
Intentio.
Syllogif.

drum imbecille est. Non enim Alexander nult quod apud
omnes sint passiones eadem, apud quos uoces. Sed ut dixi,
quod uel tangat minorē, uel partem differentie secundam
persiciat. Animaduersione dignum Porphyrium in defina-
dendo Alexandrum, affirmare quod ea quorū uoces apud
omnes eadem, & ipsa sunt eadem: & hoc generatim tam
uniuocis ipsis, q̃ equiuocis. De uniūocis quidem ex ipsorum
nominum ratione constat. De æquiuocis uero, quoniam ani-
mus audientis semper sibi nomē ad significationem debi-
tam, ad quam a profertente emittitur accipit. Sed hoc sta-
re non potest: nunq̃ enim æquiuoca propositio esset distin-
guenda: nam animus auscultantis semper eam conformiter
animo profertentis acciperet. Hermenius aliter sermones Ari-
stotelis intelligit quod ipse ponat que uocam, & que passi-
onem sine significatione: Nam uoces significat passiones
primo, et secundo res: passiones autem tantum res decernūt.
Sed hoc stare non potest: primo quod Aristoteles dixit hæc,
non igitur sapide esset hic repetendum. Secundo uerbum il-
lud eadem ad quid adderetur: Effet enim inutile, nisi Aristo-
teles commune passionibus & rebus sumat, ut dicit Alexan-
der. Sed tunc dices ad quod uerbum illud [primo] additur?
Alexander nult nomina significare passiones, ac res, ut no-
men istud homo & naturam ipsam hominis existentem, &
cuius conceptionem significat: uerum quia nomen unum eque
primo duo significare non potest, idcirco Aristoteles adiāt
[primo]. Nam ea nomina que in uoce sunt, primo passiones
significant, secundo uero res: Reuocatores obiāt: nam or-
do significationum est iuxta ordinem conaptionum. Sed
res prius intelligitur, q̃ eius passio igitur prius uocæ signifi-
catur. Ad hæc, nomen semper predicatur de sua signifiati-
one. Nomen illud homo non predicatur de hominis concepti-
one: igitur illam non significat. Dicit potest pro Alexandro
quod nomen in uoce primo primitiue (ut ita dicam) subordi-
nationis passiones primo significabit. Primitiue autem ap-
prehensionis, res primo. Quare textus debet stare [Quo-
rū tamen hæc primo] non autem [primariū]. Nam græcus co-
dex habet παθητικῶν, & non παθητικῶν. Vbi enim παθη-
τικῶν legretur, ut foras Boetius noster habebat, in latinum
primorum esset conuertendum. Collige igitur inter hæc qua-
tuor ordinem, que scribuntur significant ea que in uoce:
que in uoce, eas passiones que in anima: que in anima,
ea que in re consistunt. Licet non sit ordo essentialis, nam
que scribuntur, & in uoce sunt, possunt æque primo passi-
ones significare, quum scripturæ pro supplemento uocam
sint adinueniæ. Verum quia res hæc admodum est laborio-
sa ac difficilis, transmittit nos ad librum de anima.

communemq; differentiam differt a rebus ipsis conceptio-
nibusq;. Nunc autem ipsa significare sine uero & falso de-
clarat, ut uidelicet secundam colligat illorum differentiam:
aut (ut Alexandro placet) ostendit enuntiationem significa-
re, am uero falsoq; ut per hoc etiam & enuntiationis dif-
ferentiam colligat, non tantum nominis. Et licet litera posit
multipliciter ad formam syllogismi reduci, ut facilius res in-
telligatur, literæ syllogismus non est aliter formandus, nisi ut
iact: ideo inquit. Est autem quemadmodum in anima aliquo-
ties quidem intellectus sine uero & falso: aliquoties autem
cui necesse est horum alterum inesse, hoc est, aut uerum aut
falsum. Sic & in uoce, hæc est maior. Addit & ipsam mino-
rem dicens. Circa compositionem enim & diuisionem intel-
lectualem est ueritas atque falsitas. Sed circa simplicium in-
telligentiam, neque ueritas neq; falsitas. Igitur in uoce etiam
circa compositionem uel diuisionem erit ueritas aut falsitas:
circa simpliciatem neq; sic, neq; sic. Et sic habetur totus syl-
logismus, per quem habebitur (ut dicemus in textu proxi-
mo) quod nomina ipsa & uerba ab enuntiatione differunt.
nam nomina & uerba simplicia sunt, & sic erūt sine uero
& falso. Enuntiatio, compositio aut diuisio: igitur cum uero
aut falso. Et ita habentur genus & differentie nominum &
uerborum. Quantum uero ad uerba græcæ attinet uocam
græcæ, latine est tum intellectus, tum cōceptus, & quomodo-
anq; sit, multiplex est, compositus siue diuisus, ut enunti-
atio, siue ratio in anima, affirmatiua uel negatiua. Simplex,
ut hominis, aut equi. Et diuisus, ut syllogismus. Modo fa-
cet uerum uel falsum esse in compositione. Simplicia uero ef-
se absq; uero & falso. Hæc quo ad uerba. Querunt autē,
utrum hic arguendi locus sit a simili tantum, uel a simili et
causa. Respondet expositor ab Ammonio accipiens, hanc
manifestationem esse non tantum a simili, sed etiam a causa,
quam effectus ipse imitatur. Est enim intellectus causa, que
uero in uoce effectus. Sed hoc stare non potest, quia non ui-
detur quomodo conceptus sint cause ueri & falsi in uoce:
non enim ut materia aut forma, quia conceptus nullatenus
sunt aliquid uocam, nec eorum que in uoce, nec ut finis. nā
finis nult esse ultimum, ut secundo auisitationis physice di-
atur. Modo conceptus est prior & uocæ & uocam ueritate:
nec ut agens, nam ab eo quod res est uel non est, oratio di-
atur uera aut falsa, ut ab agente: ut dicitur in prædicamen-
tis. Ideo, ut frequenter diximus, uerum & falsum sunt in
intellectu ut in subiecto: in uoce aut scriptis, ut in signo: in
rebus, ut in causa. Vis igitur arguendi non est demonstrati-
ua, sed dialectica a simili tantum. Multa adijā possunt, que
ab expositoribus tum græcis, tum latinis perquire. Hæc
enim rapim scribimus.

Syll. literæ.
Quo ad
græc. uerba
Dubitatio
Responsio
Tho.
Confutatio.
Sol. propr.
Cō. 5.
A. ij

Est autem quemadmodum in anima, aliquo-
ties quidem, intellectus sine uero falso: ali-
quoties autem iam cui necesse est horum alte-
rum inesse: sic & in uoce. Circa cōpositionem
enim & diuisionem est ueritas atque falsitas.
Hactenus hæc communiter de ijs quatuor accipit, ut
nomina & uerba esse in uoce & ad placitum significatiua
colligat. tum ut genus primum, tum ut communem habeat dif-
ferentiam illorum, cum quibus oratio & enuntiatio ipsa cō-
ueniunt. Est enim oratio & enuntiatio in uoce, & ex im-
positione aut placito significatiua, & per eiusmodi genus

igitur. Alio modo potest induci, ut sit minor syllogismi sub accepti sub syllogismo principali, qui sic erat: composito uel diuisio in intellectu sunt cum uero et falso, intellectus sine compositione et diuisione nec sunt cum uero nec cum falso. Ex quo uoluit habere hanc conclusionem, in uoce sunt quedam cum uero uel falso, quedam non sunt cum uero aut falso: modo addit minorē dicens, nomina ipsa et uerba similia sunt intellectui, qui est sine compositione et diuisione, hoc est nomina et uerba sunt uoces simplices, subaudi conclusionem: igitur significant absque uero et falso, illa itaque partialia illa igitur, addita est, ut notaretur conclusio contineri in hac minori. propterea supplet exemplum dicens, ut hoc nomen homo aut album, quando non additur aliquid, nam nullo illis addito, nondum eorum aliquid falsum aut uerum est. Rem hanc Aristoteles confirmare uideatur signo: quod potest loco a maiori sic formari, si aliquid quod nomen se solo significat cum uero aut falso, maxime esset hircoeruis. Tunc dat oppositum consequentis dicens: sed nondum uerum aliquid aut falsum, nisi esse aut non esse addatur. et hoc aut simpliciter, aut secundum tempus. Sic igitur patet nomina et uerba seorsum accepta significare, et non cum uero aut falso. Sed circa uerba taxus querunt primo, car usus est nomine composito et non simpliciter. Huius cause possunt esse plures, ut a uerbis Ammonij exapi potest. primo, quia nomina eiusmodi uidentur possibilium falsitatem significare, propter partium incompositibilitatem. Secundo, ut inueneret non solum nomina simplicia ad ueritatem significandam egere uerbo, sed etiam nomina ipso composita. Tertio, ut in rebus, sed in his que sunt ab intellectu solo. Secundo querunt, car ait compositionem significare cum uero uel falso, et non significare uerum uel falsum. Similiter et nomina significant re sine uero et falso: et non ait nomina, non significare uerum, et significare cum uero. Nam hoc nomen uerum, significat uerum, ut hoc nomen falsum significat falsum, quia significant se: non tamen cum uero, quia uerum significatum non significant cum uero aut falso, nisi addatur uerbum. Tertio querunt quid Aristoteles uult, per simpliciter aut secundum tempus? Respondens quidam adam primo, quod uerbum presens interdum dicit esse simpliciter, ut substantiam, ut cum dicitur, deus est. Quamdoque tempus tantum, ut dies est. Dixit igitur, aut simpliciter aut secundum tempus, propter hec. Sed hec expositio non placet. Nam Aristoteles loquitur de esse et non esse generatim, ut sunt nota extremorum, que abstrahunt ab his. Expositor aliter ait, tempus presens esse simpliciter: cetera, ut preteritum ac futurum, esse secundum quid, hoc est secundum tempus. Sed hec expositio forte non ualet. quia quilibet differentia temporis est tempus secundum quid. Quoniam per aliquid differt ab alijs differentijs. Aliter Ammonius, quod uerbum potest accipi dupliciter, uno modo absolute, ut est, fuit, uel erit. alio modo cum aduerbijs temporis, est nunc, fuit heri, erit cras. Primo modo, dicitur simpliciter. Secundo modo, dicitur secundum tempus: sed utaque sit, textus patet. Sed contra hec dubitant nonnulli recentiores, uidetur enim nomen uel uerbum significare cum uero aut falso. Primo, quia ad placitum

tum significant. Igitur possibile est unum nomen imponi ad significandum idem quod deus est. Sed casu posito, illa significat cum uero uel falso, igitur nomen utpote a, aut b. Secundo, hec est una copulatiua uera, omnis homo est rationalis et contra. Modo hoc esse non potest, nisi uerbum contra significat cum uero uel falso. Sorticole in re hac discordant. Nam quidam conuoluerunt eiusmodi nomina, ut a, uel b, significare posse cum uero aut falso, et consequenter concedunt esse enuntiationes aut propositiones. Hoc probant, quia conuadende aut negande sunt enuntiationes uel propositiones, sed hec sunt conuadenda, uel neganda, aut dubianda. Igitur sunt enuntiationes.

Alij simpliciter casus hosce nullatenus amittunt: et ita negant a, esse propositionem, uel uerum aut falsum significare, ut per uerba Aristotelis uidetur, et per rationem: quia sunt simplicia, que nunquam cum uero aut falso significant, nisi addatur esse uel non esse. Sed hec solutio stare non potest: quia ubique Aristoteles accepit litteras pro enuntiationibus, ut in primo posteriorum. contra antiquos, qui in demonstrationibus dederunt aratum, et in primo et secundo priorum frequenter. Alij concedunt hos casus quod uidelicet a, uel b, possunt significare cum uero uel falso: sed dicunt eiusmodi non esse enuntiationes, aut propositiones. Quia non significant cum uero uel falso per modum complexi. Sed hoc uidetur distiale: nam cuiusque competit ratio significandi, ei debetur modus. Quare si hi competit ratio significandi complexa, etiam et modus debebit. Propter hec uidetur mihi esse dicitur

enuntiationem non significare nisi incomplexum, neque cum uero, neque cum falso. Quo uero ad nouam impositionem, cum sint ad placitum, possunt significare cum uero uel falso, nunquam tamen erunt propositiones aut enuntiationes. Propterea non ualet, a significat cum uero uel falso, igitur est propositio aut enuntiatio. Oportet enim addere in antecedente, quod significat ex prima impositione, et non ex noua institutione. Et per hec uerba Aristotelis et Alexandri rationes possunt moderari.

Nomen igitur est vox quidem significativa ad placitum sine tempore: cuius nulla pars est significatiua separata.

Cum interposuit communia quedam e quibus et genus et differentias nominis natura possent: nunc de nomine ipso aggreditur. Sed uidetur ordinem euerfisse, nam in libro priorum egit de propositione antequam de termino: modo ita se habet nomen ad enuntiationem, ut terminus ad propositionem. Secundo, doctrina debet e notiori inapere. Sed nobis sunt prius nota tota, ut in physica traditur auscultatione, igitur prius ab enuntiatione, que est totum, quam e nomine et uerbo: que sunt illius partes. Et si de nomine et uerbo prius quam de enuntiatione ipsa, car prius e nomine? Ad primum quicquid (uelint ueteres graeci) Aristotelem in prioribus resolutorie processisse: ideo e compositis processit. Nunc uero compositorie, ideo e partibus. Ad secundum, Esalanus fingit nomen esse ut materiam; uerbum uero ut formam, sed quia materia praecedit formam,

formam, ideo e nomine. Consuetudo. Sed hoc stare non potest: quoniam materia non est scibilis, nisi per analogiam ad formam, ut in auscultatione physica dictum est. Igitur e forma ipsa, et conuenienter e uerbo procedendum est. Ammonij. Ammonius ait nomen ipsum, substantiae modum detinere. Verbum uero accidentis. Modo substantia est prior accidente. Consuetudo. Nec mihi placet hoc: quia substantia non nisi per cognitionem accidentium cognoscatur. Solutio propria. Ideo dicitur, nomen ideo esse prius tractandum: quia scilicet cognoscatur. Nam uerbum absque ipso nomine cognosci non potest. Significat enim esse, quod sine extremis non est intelligere. At nomen ipsum, cum sit absolutum quoddam, intelligi potest absque uerbo. Circa uerba graeca. Quantum autem ad uerba graeca attinet, in graecis uocibus inuenitur diu, quod latine est, tum igitur, tum ergo, et rationaliter profecto, ut uidelicet annotaret definitionem eiusmodi ex diuisione proxime facta collectam esse. Hec enim est regula definitionum inueniendarum, ut sexto topicorum traditur. et secundo posteriorum, ut post diuisionem fiat partium compositio, uti conclusio. Quia ratione praesit hic. Quod nomen sit uox significatiua. Diximus enim uoces animae passiones significare, et cum nominibus illiusmodi designent, uoces erunt significatiuae. Unde genus ipsum Aristoteles nactus est. Quod ad placitum. Declaratum est etiam omne significans ex positione, et non natura significare ad placitum. Quod graece est συμβιβη, latine socius, pactum, institutio, aut placitum. Sed cum constat nomina significare ex positione, in re ad placitum significant. Rursum declaratum est nomen significare sine uero et falso. Omne autem sic significans est in tempore significatiuum, et aius nullam partem seorsum significat. Aristoteles itaque hec omnia considerans: per modum consequentis definitionem nominis deduxit. Multa alia hic recentiores addunt: quae (quia patent) omitimus. In nomine enim quod est equiferus: equus ipse nihil per se significat: quemadmodum in hac oratione equus est ferus. Com. 7. Erat ultima definitionis pars, quod nulla nominis partialia seorsum separata aliquid significat. nunc illam exponit. Et manifestat hanc ultimam definitionis partialiam in nominibus compositis. in quibus (ut inquit Ammonius) minus uidetur: ut quasi syllogice et e maiori ad minus. Nam in hoc nomine quod est equiferus, pars hec, ferus, aut equus seorsum nihil significat, quemadmodum in hac oratione, equus est ferus, aut equus ferus. Circa uerba graeca. Quantum ad graeca uerba attinet, uerbum equiferus graece est κέλυρος, a κέλυρος, quod latine est bonus, et ἵμπος, equus, sed quia minus sonat equibonus, ut equiferus. Boetius et alij translulerunt equiferus. Et ubi Boetius translulit, ferus ipsum nihil per se significat, graece legitur, ἵμπος, sed non refert. Equus est ferus. Amplius uerbum illud quemadmodum in hac oratione ne equus ferus, potest legi cum uerbo sic, equus est ferus, et absque uerbo equus ferus. Solum enim uult habere,

quod pars nominis et si significet seorsum: non ita significat, sicut quando erat in oratione. Incepit autem partialium definitionis ultimam exponere: quia, ut ex Ammonio colligitur, haec partialia est ut ceterarum finis, et omnibus principalior. Modo finis est intentione primus, et etiam cognitione.

Verum non quemadmodum in simplicibus nominibus: sic se habet etiam in compositis. In illis enim nullo modo pars est significatiua. In his uero uult quidem, sed nullius separata, ut ἐν τῷ ἰσοκατοκάλῳ δ' κέλυρος οὐδ' ἐν τῷ κέλυρος καὶ ἵμπος in eo nomine quod est equiferus, particula, ferus.

Sed dies igitur nomina simplicia et nomina composita non differunt. Ideo respondet, quod differunt, quia in simplicibus nominibus pars nullo modo est significatiua neque secundum ueritatem, neque secundum apparentiam. At in compositis uidetur quidem aliquid seorsum significare: sed nihil reuera significat, ut de hoc nomine equiferus diximus, quod pars ferus nihil seorsum significat.

Quantum ad graecam litteram attinet uerbum illud, uult, graece est βουλεῖν. Melius tamen (ut mihi uideatur) sonat, apparet, aut uidetur. nam nomina composita, ex quo imposita sunt a conceptione composita, uidetur quod illorum partes seorsum aliquid significet. Nomina uero simplicia cum instituta sunt a conceptione simplicia, partes eorum seorsum nec significat nec significare uidentur.

Ex his potest syllogismus sic componi, nullius nominis simplicis nullius nominis compositi pars significat separata. Omne nomen aut simplex, aut compositum. Igitur nullius nominis pars significat separata. Minor supponitur. Prima pars maioris et secunda declarata sunt in textu.

Sed querunt, utrum aliquis nominis pars significat separata? Et uidetur quod sic, quia cuiuslibet compositi ex pluribus nominibus pars significat separata. Sed aliqua nomina componuntur ex pluribus nominibus, ut equiferus, et id genus.

Omnes ad questionem et graecae et latini conueniunt, partes nominis comparari posse ad totius compositi intellectum, aut inter se. Primo modo, nulla significat separata, nisi in oratione equus est ferus, homo est bonus. Seorsum enim illud idem partes haec significant: quod in oratione tota significabant. Et hoc modo intelligit Aristoteles. Nam licet equus et ferus seorsum aliquid significant, non tamen ad intellectum totius. Propterea inquit Ammonius nullum nomen componi pluribus e nominibus, quatenus nomina sunt, sed quatenus transeunt in uim syllabarum. Equus enim et ferus in hoc nomine equiferus, syllabarum uices detinent.

Auerroes autem in paraphrase huius loci utitur alijs uerbis, quod partes nominis nunquam per se significant separata. sed per accidens quod est dicere: non quatenus sunt partes nominis, sed quatenus seorsum sunt, transeunt in uim nominum. At in oratione partes seorsum in idem significant quod in oratione: quia utrobique quatenus nomina sunt.

ad placitum

ἢ ὅτι ἡ οὐσία τῆς ἡσυχίας ἐστὶν τὸ νοῦν.

Com. 6. Introduct. 1 dubitatio Prima rō. Secunda.

2. dubitatio Solutio prima.

Ad secundam

Ca' ordi

Com. 8. Introduct.

Circa graeca uerba.

Syllogis

Questio.

Solutio com. 6. Introduct.

Solutio Auer.

Ad placitum vero : quoniam nullum nomen est sua natura signum, sed cum fit. Significanc nanque & illiterati soni, vt qui ferarum, quorum tamen nullum est nomen.

Com. 9. Introductio.

Circa graeca uerba.

Quod nam significans non sit nomen.

Nota.

Questio ex Alexandro.

Responsio Ammonij.

Replia Ammonij.

Responsio eiusdem.

Confutatio Priarō.

Solutio propria.

Nunc ueritatem explanat definitionis partem. Nam prima, quod nomen sit uox, & significatiua, ex his quae communi acceperit, uult esse manifestam. Illam uero, quod sine tempore, ex definitione uerbi declarabit. restat igitur ut ueritatem exponat. Quantum uero ad graeca uerba attinet, animaduerte quod uerbum uerbo transferendo litera Aristotelis est, secundum placitum uero, quoniam natura nominum nihil est, sed cum fit, uox. Nota enim, graeca est ὄνομα ἔπος, latine etiam signū. Sed cum haec litera ad uerbum translata minime sonet, ideo translata ad placitum uerbi: quoniam nullum nomen est sua natura signum, sed cum fit ex instituto. Hoc enim differt a rebus, & ab animae passionibus, ut diximus. Et quod natura significans non sit nomen, exemplo a sonis animalium persuadet. Et inquit, significant nanque sua natura & illiterati soni, ut qui ferarum: quorum tamen propter significationem quam habent naturalem, nullum est nomen. Igitur nomen ab instituto signum esse debet: haec ratio ualet, siue sit locus a contrario, siue sit locus a simili, siue aliter. Animaduerte, quod animalium soni dicuntur ἀγγελάματα hoc est illiterati, quoniam scribi non possunt, & a natura significant: quia eodem modo est in omnibus animalibus. habet enim a natura animal ipsum per se uocis sonum significare asfectum. Quare propter duo, eiusmodi soni nomen esse non possunt, tum quia illiterati, tum quia a natura. Recte igitur dictum est ad placitum. Mouent questionem ex Alexandro duo talem uerba sunt uocis, uocis sunt nomina, igitur uerba sunt nomina: conclusio falsa, & non pro maiori, igitur pro minori. Respondet Ammonius, quod nomen & uerbum sunt uocis secundum materiam, ut arca est lignum secundum materiam, materia enim nominis & uerbi a natura est ut uox. Forma autem nominis ab arte atque institutione, ut arca, quo quidem ad materiam a natura est: quo uero ad formam ab institutione ac arte. Sic nomen quo ad materiam est res naturalis: quo ad formam est res ab arte: ut igitur non ualet. lignum est a natura, ianua est lignum, igitur ianua est a natura. Obijcit autem huic Ammonius, quoniam si nomen est ab institutione, & non a natura: tunc signū aptius in nominis definitione caderet quae uox. Respondet ipse hoc esse factum: quia in definitione accidentis in concreto debet poni subiectum loco generis, & accidens pro differentia. At cum uocem accidens sit uocis: ideo dicitur nomen est uox. Sed haec responsio non mihi placet. Primo, quia si nomen esset forma artificialis: tunc esset quid additum uocis. Hoc autem falsum est. Nam aut erit substantia aut accidens: non substantia, ut patet. Si accidens, non absolutum, ut patet, nec relatum, quia tunc esset relatio realis: nam fundamentum reale est, ut uox, terminus realis, ut res significatiua. Amplius nomen uidetur abstractum, igitur in definitione debet cadere subiectum in obliquo. Videtur igitur mihi, nomen ipsum nihil aliud esse nisi uocem articulatam cum intentione significandi aliquid prolatam. Vt enim urina est signum sanitatis nullo addito sibi, sed quatenus ab intellectione efficitur signum sanitatis: sic uox est nomen nullo addito, sed quatenus ab intellectu instituitur ad significandū.

Sindapsus enim non nomen est. Sed si ad significandū instituitur, fiet nota siue signum, qua ratione nomen fiet ut Boetius inquit. hoc inquit Aristoteles cum ait: quoniam naturaliter nomen nihil est, sed quando fit nota. & ita nomen est uox secundum materiam & formam sic instituta ut signum. Tunc ad argumentum Alexandri dicentem, ibi esse deceptionem propter accidens, ut non sequitur, homo est animal, animal est dictio, igitur homo est dictio: aut non sequitur, homo est animal, animal est genus, igitur homo est genus. Variatur enim, ut forticole sentiunt, suppositio. Nam in prima animal supponit formam. In secunda materialiter, ideo non ualet. Sed dubitant graecam Aristoteles ait, nominum naturaliter nihil esse, hoc est, nominum significatio non est naturalis. Plato uero & Socrates in Cratilo uolunt nomina a natura ipsa esse. Et ita isti sunt contrarij, quod apud graecos habetur remotū. Circa haec dubitationem quidam (ut Ammonius narrat) uoluerunt nomina esse simpliciter & omnino ab institutione, & nullatenus a natura: cuius opinionis fuerit Hermogenes, & discretus Diodorus. Alij dixerunt nomina esse simpliciter a natura, quatenus sunt rerum naturales similitudines. Cuius positionis fuerit Cratillus heredeus, atque Heraclitus Ephesius. Ammonius uoluit nomina ipsa esse naturalia, quantum ad ethymologiam. Nam omne nomen uult esse institutum & proprietate reperi in re, ut lapis quasi ledens pedem, & petrus quasi pede trita. Quantum uero ad significationem ipsam ab institutione sunt. Et sic inter hos duos consultat. Et si dicitur unam rem naturalem plura nomina habere. Respondet, quia a diuersis proprietatibus nomina diuersa nascuntur. Sed patet horum hoc stare non posse. Primo, quia tunc nullum esset equiuocum a casu, nam omne nomen significaret a proprietate rei, & sic canis esset analogum, & non equiuocum casu. Secundo, ut in natura accidunt casus: quorum nulla causa potest dari nisi per accidens, ita & in arte. & per consequens possunt dari nomina a casu, nullaque rerum proprietate. Et uidetur haec sententia Aristotelis in primo elenchorum, ubi inquit, nomina quidem finita sunt, & orationum multitudo, res autem numero infinitae: necesse est igitur eandem orationem & unum nomen significare plura. Propter quod mihi uidetur esse dicendum, in uniuersis & speciebus nomina esse omnia imposita a proprietate rei, ut homo ab humanitate siue humo, lapis a lestone, & uniuersa quodque a sui ethymologia, licet in multis illa nos lateat. In equiuocis uero & singularibus, nomina esse casu assero. Vnde Boetius in praediacamentis, commento primo inquit, equiuocorum alia sunt casu, alia consilio, casu ut Alexander Priami filius, & Alexander magnus, Augustinus aurelius, & Augustinus niphus. Casus enim id egit, ut idem utriusque nomen imponeretur. Dubitant forticole, utrum nomen in mente sit nomen. Videtur quod non, per Aristotelis definitionem: nam nomen est uox in mente autem nulla est uox. Pro alia parte est, quod nomen prime & secundae (ut dicunt) intentionis est in mente. Amplius in mente est enuntiatione. Sed omnis enuntiatione constat ex nomine & uerbo. Igitur in mente sunt nomina & uerba. Dicendum apud Boetium in praediacamentis, capite de substantia, in mente non esse orationem: & per consequens nec enuntiationem, id autem qui subordinatur oratio siue enuntiatione graeca ἔσοδος

Solutio argumenti.

Dubitatio.

Positiones.

Solutio Ammonij.

Replia.

Responsio.

Confutatio.

Authoritas.

Aristo.

Solutio.

dubitatio.

Solutio.

γός, latine interior ratio appellatur. Enuntiatione uero ipsa graeca est ἐξολογός, hoc est exterior ratio. Apud enim graecos λόγος est communis rationi & orationi. Apud nos uero interior ratio uox nomine uocatur ut ratio: exterior ratio uero oratio. Tunc dico in mente nec esse enuntiationem, nec orationem, nec nomina, nec uerba, sed bene conaetiones compositas & simplices. Compositas quidem, quibus orationes siue enuntiationes ipse subordinantur. Simpliciter uero, quibus nomina & uerba, & ita conato in mente non esse nomina, neque uerba, sed a significatione: quibus haec subordinantur. Ad argumenta in contrarium partem solutio: nullum enim est nomen prime aut secundae intentionis, licet sit nomen prime aut secundae impositionis. Omne enim nomen est ab impositione. Ad secundam partem solutio, in mente est ratio, in uox oratio siue enuntiatione, quae rationi subordinatur. Ipsum uero non homo, non nomen est: sed uel neque nomen positum est, quo ipsum appellare oportet. Neque enim est oratio, neque negatio, sed nomen uocetur ambiguum. Quoniam similiter in uolubet est, & eo quod est, & eo quod non est. Obijcit autem quispiam definitioni datae, quod tunc non homo & id genus, canis & id genus essent nomina. Nam his competit de finitio data. Respondet Aristoteles & excludit duo a ratione nominis, primo nomen ambiguum, secundo casus nominum: sic definitioni datae oportet implere duas illas partialias, si debeat esse perfecta, ut dicitur annus. Accipit igitur duo, primum, quod non homo & cetera id genus non sunt nomina. Secundo, quod ijs talibus non est unum impositum nomen, & hoc inquit, ipsum uero non homo, non nomen est, hoc est, primum. Sed uel neque nomen positum est, quo ipsum appellare oportet, hoc est secundum. Haec per ordinem declarat. Et primo, quod non sit ei nomen impositum. Videtur enim cum duobus conuenire, cum oratione propter complexionem: & cum negatione propter partialiam negatiuam, ideo probans secundum inquit. Neque enim est oratio, neque negatio. Deinde probat primum, & fingit illi nomen, quo nunc appellari licet, et inquit, sed nomen sit aut uocatur (si fingere liceat) ambiguum, quia ut didi, & quod est, & quod non est, in oratione rerum sine discrimine ullo significat, & hoc inquit. Quoniam similiter in quolibet est, & eo quod est, & eo quod non est. Hircoaruius enim non homo est, & equus etiam non homo. Quantum uero ad graeca uerba attinet, ambiguum, graece est ἀόριστον, quod latine non est infinitum. Nomina enim graeca sunt diuersa. Graeca enim infinitum dicunt ἀπειρον. Ambiguum quod indifferens est ac innominatum ἀόριστον uocant. Differunt enim ἀπειρον & ἀόριστον. Nam infinitum proprie in quantitate est, ut in numeris, aut mole, quod uidelicet caret fine. At ἀόριστον hoc est ambiguum, est etiam in non quantis, & indifferens. Ideo Aristoteles hoc designans subicit, quia simili ratione significat ens, ut equus: & non ens, ut hircoaruius. Per hoc enim illius indifferencia atque ambiguitas designatur. Quod autem non homo & id genus nomen non sint: graeca hac ratione persuadent. Omne nomen significat aliquam naturam determinatam, ut homo: aut personam de-

terminatam, ut pronomen: aut utriusque determinatam, ut indidua substantia, ut Socrates, & Plato. Sed ipsum non homo & id genus nullum horum affert igitur non nomen est dicendum. Propterea imponi debet nomen a negatione hominis: quia tunc equaliter de ente & non ente, ut refert hic Ammonius. Quarunt recentiores, utrum oratio nomen possit infinitari: siue (ut magis ad graecam loquar) utrum omne nomen possit reddi ambiguum, hoc est, ut ita loquar, aoristari? Respondent nonnulli forticole transcendentia aoristari non posse, ut ens, unum, & id genus. Mouentur autem propter Boetij uerba, inquit enim nomen infinitum representat naturam interminatam, cum additur negatio infinitas, infinitas aliam derelinquit. Modo si quis addat entis negationem, nulla derelinquetur natura. Immo nec infinitas negatiuum aut priuatiuum, terminum sequentem se immedie distribuit pro singulis. Vt dicendo non ens, modo ens distribuitur: & sic pro nullo ente & ita negat omnem naturam nullam addens. Mihi uidetur quicquid uelit Boetius, non esse addendum ad simplicia Aristotelis uerba. Propterea tunc probabiliter, & cum praestatione dicendi aliter, si aliter occurreret, omne nomen posituum siue praediacamentale, siue transcendens posse aoristari. Inuelligit tamen per aoristari, quando nomen ipsum reddatur ambiguum & indifferens, unde cum dico non ens aoristice uolo includere non ens tale indeterminatam sumptum, quod nonnulli uocant confuse, malo indeterminatam: propter quod conuadentem hanc. Lapis est non ens, ut uerbum non ens aoristice trinetur: quia esset sensus lapis est non ens tale: quia non equus, non homo, & id genus. Itemque conuaderem ens esse nonens: quia ens tale est non ens tale: non ens esse non ens: non propter hoc praediacatur de duobus contradictorijs: quia licet ens & non ens sint contradictoria: non ens tale & ens tale minime. Huius uero ratio est, quia non ens aoristice sumptum est una dictio siue nomen unum, primum tunc autem aut negatiue est complexum, ut oratio: huic utitur Auer ipse consentire primo auscultationis physicae, Auer, ubi com. 25, haec nomina ens & non ens diu affert de dea am praediacamentis, quod minime potest intelligi nisi ipsum non ens aoristice siue ambiguum tenetur. Amplius aoristice teneri est determinatam aut naturam, aut personam, aut utrumque signatum interinere: & indeterminatam aut naturam, aut personam, aut utrumque ponere. Rursus dicendo non Socrates, ipsum non Socrates aoristatur: non tamen distribuitur, propter hoc uidetur mihi omne nomen aoristari posse siue reddi ambiguum, propter quaedam indifferentiam ad id quod est, & ad id quod non est: & per hoc differt a nomine communi: quod licet sit indifferens: non nisi is quae sunt sub eo indifferens est. Differt tamen aoristatio transcendentis ab aoristatione terminum praediacamentalis, quia aoristatio transcendentis, est secundum quid: istum illa praediacamentalis simpliciter, ut dictum est. Querunt etiam utrum enuntiatione possit aoristari? Iamblicus Platoniae prima reus orationem siue enuntiationem aoristari posse contendit, propter aoristationem subiecti, aut praediacati, siue nominis, aut uerbi: motus forasse, quia quod parti contigit inesse, toti quoque accidit, ut quinto physicorum habetur. ubi enim apitū crispitudo inest, & homini inesse necesse est. Sed hoc stare non potest: ait enim, neque enim oratio, Consultatio neque

dubitatio.

1. respositio.

1. ratio.

2

Solutio propria.

Ratio.

Authoritas.

2. ratio.

3. ratio.

Nomen commune aoristatione.

2. dubitatio.

Prima respositio.

Consultatio.

Solutio propria.

neque negatio est, sed omnis finita. Rursus in capitulo de nomine & uerbo nomen et uerbum aoristari asserit: nulli tamen orationem. Tenendum igitur nullam orationem, nullamque enuntiationem aoristari posse. Tunc ad rationem pro Iamblico dico, quod omne quod parti inest neesse est toti inesse. Non tamen quicquid partem denominat, neesse est totum ipsum denominare: nam albedo dentes denominat Aethiops: nequaquam Aethiopem. Dubitant et adhuc fortiscola. quia uidetur nomen ambiguum esse nomen quia ualet est nomen ambiguum: igitur nomen ab inferiori ad suum superius. Respondendum non ualere: fiat non ualet, est homo mortuus: igitur homo, itemque nec ualet, est albus dentes: igitur albus. Non enim arguitur ab inferiori ad superius: sed a secundum quid ad simpliciter.

Ipsum uero philonis aut philoni & caetera id genus non nomina sunt, sed nominis casus. ratio autem eius in aliis quidem est eadem quam differunt. Nam cum est, aut fuit, aut erit addideris: neque uerum neque falsum est. nomen uero ipsum semper, ut philonis est aut non est: nondum uerum aut falsum dices.

Com. II. Positio Stoicorum.

Quidam ut Stoici casus esse nomina, et rectum esse casum conuadunt. Rectum quidem casum, quia e mente ipsa adit, et ab ipso caeteri casus, obliqua uero nomina, quoniam uoces sunt significatiuae ad placitum sine tempore. Excludit igitur casus ipso est nominis ratione: et inquit ipsum uero Philonis aut Philoni non nomina sunt, sed nominis casus. Addit tamen conuenientiam inter casus et nomina et differentiam, et inquit, ratio quidem eius, hoc est, nominis, quae paulo ante generatim assignata est. In aliis quidem eadem est, quasi dicit quod ratio generata nominis, quae proxime assignata est, una est nomini ipsi atque casibus quae differant: nam cum ipso casibus est aut fuit aut erit addideris, neque uerum neque falsum est, nomen uero ipsum cum supple addideris, semper uerum aut falsum dices: ut Philonis ipsi est aut non est cum addes: nondum enim uerum aut falsum dices. Nomen igitur et casus nominis conueniunt in ratione nominis generali: differunt autem, quoniam nomen additum uerbo est: semper reddit orationem aut ueram aut falsam. Ex his uult habere Aristoteles hanc esse nominis definitionem, nomen est uox significatiua ad placitum: cuius nulla pars significat separata detriminata atque recta, per hanc rationem habetur tota nominis essentia. Per haec patet solutio ad rationem stoicorum. licet enim rectus cadat e mente: non propter hoc dicitur casus, dicitur enim etiam uerbum habere casus: sed id dicitur casus, qui ab alio adit per inflexionem, ut Boetius et Ammonius addunt. Cur uero usus est uerbo substantiuo, cur uero generalem praemisit nominis rationem. Ammonius e quo expositor noster accepit, faciale declarat: nam substantiuo usus est, quia cum caeteris uerbis casus facium nomen quod orationes ueritas. Praemisit uero rationem generalem: quia doctrina inapit ab uniuersaliori, adiecit specia-liorem ut generalem completeret. Animaduertendum quod Auerrois in paraphrase huius capituli uelle uidetur, quod tam nomina ambigua quae uocat infinita, quae casus nominum sint nomina: et hoc ideo dicit, quia uult nomen diuidi in haec. Omne autem diuisum praedicitur de diuidentibus: sed quia hoc uidetur

Definitio nominis perfecta.

Ad argumentum stoicorum.

Dubitatio nes literales.

Positio Auer. de nomine.

contradictare uerbis Aristotelis pro uerificatione literae, uult haec non esse dicenda nomina absoluta: nam propter excellentiam uidetur rectum nomen: et determinatum nomen esse nomina: quia uidelicet in illis nominis ratio praestantius saluatur: et ita uult haec esse nomina non priuatio nes nominum: licet absolute dum nomen profertur de potioribus intelligatur, quemadmodum accidens est ens, et substantia est ens: uerum ens absolute intelligitur principaliter de substantia, principaliter igitur nomen dicitur de rebus et determinatis siue finitis, licet communiter de utrisque dicitur. Multa captiuuulatores hic fabulantur, quae cum puerilia sint, praetercunda esse diiudico. Multa quoque de nominis distinctione Ammonius addit: quae cum sint potius grammaticae dicta, grammaticas relinquuntur. Haec de nomine.

ἡ ἀπὸ μέρους, hoc est, de uerbo. Verbum uero est id quod significat tempus: cuius nulla pars seorsum significat: atque semper eorum quae de altero dicuntur est signum.

Et de nomine tanquam de prima orationis parte, haec tenus, nunc igitur de uerbo, quod graece est ἡμεῖς, desinens itaque uerbum partialis quasdam, in quibus cum nomine ipso conuenit: retiauit ut breuitatis amator, ut inquit Ammonius uolens illas esse intelligendas, uerbo alias explicat, quibus et a nomine, et ab oratione, et a participio differat. Per haec igitur partialia, quod significat tempus, nomen ipsum differt a uerbo, uerbumque e nomine, quando nomen ipsum sine tempore significat, ut in eius definitione adiecit. Per secunda uero partialia, uidelicet cuius nulla pars significat seorsum, uerbum differt ab oratione, cuius partes seorsum significant. Sed dicit, haec secunda partialia posita est in definitione nominis: igitur debuit praetermitti ut praetermittuntur aliae conuenientes sibi et nomini. Respondet Porphyrius, quem sectatur Ammonius, quod in definitione nominis addita est particula haec, ut nomen ipsum ab oratione differat, quae e nominibus constat, ut cum dicitur homo est animal. In definitione uero uerbi addita est ut uerbum ipsum differat ab oratione: quae constat ex uerbis, ut curere est moueri, et id genus: ideo replicata est hic. Melius autem uidetur mihi esse dicendum quod Aristoteles hanc particula replicauit in definitione uerbi: quia uerbum uidetur habere cum oratione maiorem conuenientiam quam habeat ipsum nomen, ut eiusmodi sunt orationes amo, dispuo, et id genus: quia igitur cum oratione habere uidetur maximam conuenientiam, ne sit errandi locus: idem replicat in definitione uerbi, ut pateat ipsum ab oratione differre: quam responsonem uidetur forsasse sentire expositor noster. Per uertia uero partialiam Ammonius, Boetius, et expositor uolunt uerbum differre ab ipso participio: quod quidem significat cum tempore: uerum hoc differat ab ipso uerbo, quod uerbum semper est signum eorum, quae de altero dicuntur, hoc est, semper est intelligendum a parte praedicti. Participium uero indifferenter a parte praedicti et subiecti. Adiecit expositor nonnulla, quae ab Ammonio exapit, quae omittit. Auerrois autem in paraphrase huius partis, uult hanc tertiam partialiam non esse definitionis quicquam, sed esse additum ut proprium cum uerbo conuertibile: nam cum omne uerbum sit aut substantiuum aut adiectiuum, omne se tenet semper ex parte praedicti: ita uidelicet ut sit tota oratio in duo

Com. 12.

Expō. uerborum.

Com. 13.

Expō. uerborum.

Com. 14.

in duo scilicet, in subiectum, quod semper est nomen uel loco nominis positum: et in praedictum, quod est aggregatum ex apposito et uerbo, ut huius propositionis homo est animal, subiectum est homo, praedictum est animal: recte igitur ut proprium est additum. Potest tamen per Auerroem haec expositio colorari: quia nulla definitio, ut traditur sexto topicorum, dari debet per copulationem nisi notam: aliter esset propositio copulatiua. quare uero uerbum semper se tenet a parte praedicti, postea dicitur. Quantum uero ad graeca uerba attinet, significat tempus graece est τὸ πρῶτον, ἡ ἴσχυς, quod magis sonat latine consignificans tempus: et recte quidem, cum multum differat significare tempus, et consignificare tempus, ut mox dicitur.

Dico autem ipsum tempus consignificare: quoniam ualetudo quidem nomen est, uel uero uerbum. significat enim nunc esse.

Praetermittens unam particula definitionis uerbi, quia exposita est in definitione nominis (ibi enim quid uult intelligere per illam partialia, cuius nulla pars significat separata est expositum) duas tantum exponit: et primo quod per consignificare tempus uelut intelligere per exemplum, et inquit. [Quoniam ualetudo quidem nomen est, ualet uero uerbum, significat enim nunc esse.] Animaduertendum ut ex Porphyrio colligitur, quod ualetudo et ualeo idem principaliter significant. Similiter curro et cursus, ambo enim motum pedum significat principaliter, sed hoc differunt, quod ualeo secundario consignificat tempus ut ualetudinem cum differentia temporis praesentis, hoc est nunc alteri inesse, aut cum differentia temporis praeteriti, aut temporis futuri, ut ualetudo nullo modo tempus consignificat, sed tantum dispositionem corporis. Amplius idem significant, est, et ens: sed est, significat esse cum certa differentia temporis: ens uero esse tantum absolute. Recte igitur dicitur tempus consignificare tempus, et non significare tempus: sic enim non differret a nominibus ut ab anno, die, et caeteris id genus.

Quantum uero ad uerba graeca attinet, in graeco codice non est cursus neque currit, sed sic legitur. ἡ ἴσχυς hoc est, ualetudo, et ἡ ἴσχυς hoc est, ualet. uerum de exemplis non multum curandum est.

Et semper eorum quae de altero dicuntur signum est, ut eorum quae de subiecto, aut eorum quae in subiecto sunt.

Nunc tertiam particula exponit, et potest (ut Auerrois inuit) dupliciter intelligi. uno modo ut uerbum sit semper nota praedicatorum ut quod, ut quando ipsum est praedictum, uelut in enuntiationibus de uerbis adiectiuis: ut Callias disputat, est enim disputat praedictum: aut potest illud intelligi ut quod, quia ipsum est quo praedictum dicitur de subiecto, aut est in subiecto, ut in enuntiationibus de uerbo substantiuo, ut homo est animal, aut homo est iustus. Animaduerte tamen, ut Boetius exponit in ante praedicatorum, quod dicitur de subiecto, competit per se generi atque substantiae: esse in eo subiecto, solum accidentibus. Propter haec adiecit Aristoteles [ut eorum quae de subiecto] ut in praedicationibus per se [aut eorum quae in subiecto]

ut in praedicationibus per accidens: amplians dictum suum ad omnia praedicta. Circa haec dubitare solitus sum. Dubones. Primo, an uerbum sit pars propositionis. Secundo, si pars, prima. utrum se tenet cum subiecto, an cum praedicto. Tertio, Secunda. utrum sit nota eorum quae de altero dicuntur, aut quae in altero sunt. Respondent recentiores ad primam, quod uerbum nullatenus est pars propositionis. Alij quod sit, quod pars propositionis, et sit semper pars praedicti aut totum praedictum. Primi persuadent primam eorum positionem multis rationibus. Primo, quia uerbum non est terminus: primo priorum: inquit enim ibi, Terminum uoco, in quem resoluitur propositio, ut subiectum et praedictum: et nihil meminit uerbi. Secundo, omnis pars propositionis potest esse maior aut minor, ut Aristoteles ait ibidem. Tertio Aristoteles cum docet terminos omni inesse, et nulli inesse, primo priorum nihil uerbi meminit: igitur non est terminus neque pars propositionis. Quarto, nulla daretur conuersio in terminis, quoniam uerbum nunquam mutatur. Ex his et alijs multis uerbum nec terminum esse, nec propositionis partem contendunt. Sed contra hoc pro secunda positione faciunt Porphyrius, Ammonius, Boetius, et omnes expositores graeci et latini. Et potest haec positio persuaderi uerbum esse partem orationis, ut omnes grammatici autumant: igitur pars alicuius speciei orationis: igitur enuntiationis aut propositionis. Secundo oratio constat ex nomine et uerbo, ut ait Priscianus et Ammonius in principio huius, ubi dixit nomen et uerbum esse partes integrales enuntiationis. propter haec et alia uerbum cum grammaticis et peripateticis uerbum esse partem orationis, propositionis, et enuntiationis. Vbi animaduertendum esse duplex uerbum, ut Porphyrius notat, categoricum, quod Auerrois adiectiuum nuncupat, ut ualet, currit, et id genus: et syncategoricum quod Auerrois et alij substantiuum appellant, ut sum, es, est. Tunc dicendum, uerbum primo modo esse partem enuntiationis et praedictum. causa est quia, ut dicit Aristoteles, illud non differat a nomine quo ad significatum principalem, sed solum quo ad significatum: quatenus nomen non consignificat tempus, uerbum uero nunc esse, aut heri fuisse, et fore cras: igitur ut nomen est pars enuntiationis, ita uerbum, uerbum secundo modo, non est pars materialis: quia nec subiectum nec praedictum, sed significans quandam compositionem, quam sine extremis non est intelligere: igitur est pars formalis et praedictum formale: et quoniam forma potest remanere eadem omni materia mutata. Propter haec uerbum illud nunquam uariatur, etiam extremis mutatis. Haec est Boetij, Ammonij, Auerrois, Porphyrij, et omnium graecorum expositio. Tunc ad rationes. Ad primam concedo uerbum substantiuum non esse terminum materialem, sed bene uerbum adiectiuum: nec contra hoc procedit uerbum Aristotelis. Per idem ad secundam, concedo uerbum substantiuum non posse esse, nec sic nec sic: propterea non est pars materialis. Verbum autem adiectiuum bene. Per idem ad alias rationes, omnes enim concludunt substantiuum uerbum non esse partem materialem, cum quo tamen stat esse partem formalem. Verba uero adiectiuum sunt praedicta ut patet. Ad secundam dubitationem, recentiores breuibus uolunt uerbum substantiuum, quod est extremorum unitiuum: non magis se tenere ex parte

Solutio ad secundam. Prima.

ex parte predicati quam ex parte subiecti: cum sit inter illa medium cum nullo magis se tenens. uerba uero adiectiua ratione participij in eis inclusi se tenent cum predicato. Ratione uero copulae et uerbi substantiui cum neutro magis pro his facit ratio hęc, quia forma nō magis est forma unius partis quam alterius. Cum igitur copula ipsa sit forma rationis et compositionis non magis cum subiecto quam cum predicato se habere debet. Secūdo stipulatur huic id quod Aristoteles dicit. est significat quandam compositionem quam sine extremis nō est intelligere. Igitur indifferenter se habet ad ambo. Tertio, si uerbum esset pars predicati in omni bono syllogismo medium esset equiuocu: quoniam uariaretur continue aggregatum ex uerbo et predicato, ut dicendo, omnis homo est animal. Plato est homo. igitur Plato est animal. in prima uerbum est se tenebat cum animali. in secunda cum homine. igitur uariatur. Quarto, tunc nulla daretur predicatio superioris de inferiori: quia dicendo homo est animal. hoc totū est predicatum, est animal, modo hoc totū non est genus nec superius. Quinto quatuor sunt predicata. primo topiorū. capite quarto quorū nullum est uerbi. Sed hęc positio contradicit omnibus. Boetio quidē, quia uult uerbi esse nota: quatenus in predicato notat aliquid accidens. Ammonio et Porphyrio ut uisum est. Aueroi uero, quia inquit: et proprium uerbo est ut sit semper appositum et non suppositum, subiectum et non predicatum.

1. ratio. Rationibus etiam contradicit, quia omne additum alii cui uocatur grammaticę appositū, logice uero predicatū. Amplius predicari est actus foris, sed uerbum est magis forma quam alterū. igitur sibi conuenit ratio predicati et magis. Propter hęc dicendum, ut supra, uerbum adiectiuum esse partem predicati aut totum predicatum: et hoc quia non differt a nomine uerbalis penes principale significatum. At uerbum substantiuum, et si non sit pars predicati, est synthegetema predicati, quemadmodū signa uniuersalia et particularia sunt synthegetema subiecti. Huius ratio est: quia formalia cum formis coordinantur, materialia cum materijs. constat autem subiectum tenere uicem materiae: quatenus aut est subiectū uere accidentis predicantis, aut inferius ad predicatum, et utroque modo habet uicem materiae: ideo sibi materialia signa comparat. Predicatum uero cum sit aut accidens aut superius, rationem tenet forme: ideo attribit sibi formalia, quorum unum est uerbum: uerbum itaque ut sic se tenet ex parte predicati. Per hęc ad argumēta.

Solutio argumētōrū. Ad primum patet solutio. uerbum enim synthegetema uice sumptum significat formam, que licet ut forma cum nullo magis se teneat, ut synthegetema se tenet cum suo simili, ut pote cum predicato, ut signa materialia cum subiecto. Per idem ad secundum, licet uerbum ut forma sit indifferens, ut synthegetema est signum predicati. Ad tertium dicendum, quod syllogismus non uariatur, nec medium uariatur, licet uarietur uerbum. non enim est pars materialis enuntiationis aut propositionis. Ad quartum, consequentia non ualet: quia predicatio superioris de inferiori est secundum terminos materiales. Ad quintum patet solutio: Aristoteles enim enumerat predicata dialectica et non omnia. Tunc per hęc potest solui tertia dubitatio: nam uerbum cathogorice sum-

ptum, ut Porphyrius uoluit, est totum predicatum principaliter connotans uerbum synthegetoricę. Synthegetoricę uero est signum predicatum. ut enim signa distributiuua sine quantitatiua coordinantur cum subiectis propositionum: quia subiectis se habent ut materiae: sic uerba synthegetorica cum sint formalia coordinantur cum predicatis: ut igitur illa sunt subiectōrū signa, sic uerbum predicatum sine non sine signum.

Non ualet autem & non laborat, non dico uerbum. Consignificat quidem enim tempus, estque semper de aliquo. differentia tamen huic nullum nomen est positum: sed sit ambiguum uerbum: quoniam simili modo de quocunq; est & de eo quod est, & de eo quod nō est.

Secundum Ammonij expositionem, quam ut plurimum sectamur, Aristoteles uolens complere rationem uerbi excludit duo a ratione uerbi, uidelicet infinita uerbi, et casus uerborum. Primo itaque proponit intentum, et inquit. [Non ualet autem et non laborat non uerbi dico.] Et sic infinita sine dubia aut ambigua uerba uult dici non uerba. Secundo explicat in quot conuenit cum uerbo, et inquit. [Consignificat quidem enim tempus, estque semper de aliquo.] Subaudi aut signum aut nota aut predicatum. Igitur in duobus conuenit cum uerbo, tum in consignificando tempus, tum etiam in esse de altero, etiam in alijs conuenit, sed ut breuitatis amicus retulit alia.

Deinde, quia hęc uerbi maneries caret nomine inquit. Differentia tamen huic nullum nomen est impositum, sed sit ambiguum uerbum. Cuius rationem ait. [Quoniam simili modo et de quocunq; est, et de eo quod est, et de eo quod non est.] unde uirtus syllogismi erit indifferens secundum predicationem enti et non enti. ambiguum est dicendum: non ualet et id genus est indifferens predicatione, igitur ambiguum. Quantum uero ad uerba graeca attinet, uerbum differentia graece est τὴν διαφορᾶν. Ex hoc potest dubitare quis, si tale uerbum est differentia: igitur per se in genere: et sic uere uerbum esset dicendum. Propterea per differentiam non proprie illud quo differunt species sub genere sumit, ut recte Ammonius animaduertit: sed diuersitatem que etiam est eorum que specie et genere differunt. Ambiguum uero graece est ἀσύνθετον, quod latine sine indeterminate, sine ambiguum, sine indeterminate dicitur. Illud intelligit quod est indifferens predicatione ad ens, et ad nō ens. Amplius uidetur quod non simili modo sit de eo quod est ut de eo quod nō est: quia de eo quod est, uere est predicatū, ut equus nō ualet aut nō laborat, sed de eo quod non est, nihil potest uere esse. Existere enim aliquid non existentē impossibile est. Propterea uerbum simili modo graece est ἀσύνθετον, modo non dicit omnimodam similitudinem. Sed (ut dicit Ammonius) secundum quid, ut enim hęc uerba est, equus non ualet aut non laborat: hęc, hypocoentaurus non ualet aut non laborat: et sic uidetur similitudo in ratione generali, non in ratione speciali. Hęc quo ad uerba ipsa graeca satis.

Animaduertendum quod de uerbo ita est dicendum ut de nomine apud Aueroem: ipse enim uult uerbum esse genus, cuius due sunt species, uerbum, quod per excellentiam intelligitur finitum et determinatum, et aoristum, quod est indefinitum

Notium. est indefinitum predicatione. huic positioni consonat uerbum illud. differentia tamen huic nullum positum est nomen. modo differentia, aut est species generis, aut in specie contrahens: quo fit ut Aristoteles non uelit definitiones complere, sed definitum per differentias diuidere, ut illius species describat.

Dubitatio magna. Sed ara hęc est dubitatio non parua. Vtrum uidelicet omne uerbum quatenus uerbum est post infinitari: et si sic, quomodo ab ipso uerbo negato differt in oratione.

positio reuolutoria. Tenent reuolutores duo. primum omne uerbum quatenus uerbum esse infinitari. secundum quod uerbum infinitum sine aoristum: quia (ut Eschylus inquit) uerbum negatiuum uim tenet duorum, aoristum uerbi unius: ideo aoristum uerbum una dictio est et affirmatiuum, uerbum negatiuum due dictiones sunt contradictorium ad affirmatiuum.

Propterea apud eos hęc non contradicunt, arriit et non arriit: ut non arriit tenetur aoristia.

Respon. pro pōc. Pro hac positione argunt primo, quia Aristoteles inquit uerbum aoristum: similiter de quoanque esse et de eo quod est et de eo quod non est. Hoc autem non competit ei nisi in oratione remaneat infinitum sine aoristum.

Primaria. Secundo dicit ipsam esse semper notam sine signum: hoc autem esse non potest nisi in oratione remaneat aoristum. Tertio ut nomen in oratione potest remanere nomen aoristum, ita uerbum etiam. Quarto omnis pars orationis potest remanere in oratione. Sed uerbum aoristum est pars orationis. Vltimo, si uerbum aoristum solum extra orationem esse tale: tunc esset inutile atque superfluum: et sic uollet uerbum aoristum in oratione differre a uerbo negato, esse que aoristum etiam in oratione ut ipsum negatum. Differentia autem dicta est apud hos.

Constitutio 1. ratio. Sed hęc positio stare non potest primo, quia non omne uerbum potest infinitari: quia non uerbum substantiuum synthegetoricę sumptum: quemadmodum nec nomen entis transcendenter sumptum apud eos. Secundo errant: quia nullum uerbum synthegetoricę sumptum, hoc est ut importat compositionem tamen uidetur posse aoristari, primo, quia aut partialia negatiua addita uerbo tollit ab illo compositionem ponens oppositam diuisionem aut negationem: aut nullam ab eo auferit affirmationem sine compositionem, si nullatenus compositionem aut affirmationem tollit: hęc enuntiatione hypocoentaurus non arriit. erit affirmatiua: igitur ualet hypocoentaurus est ex affirmatiua de tertio adiacente et non termino distrahente aut diminutive ad affirmatiuum de secundo. Secundo illa non differunt que non uariant enuntiationem quantum ad ueritatem et falsitatem modo in nullo differt apud hos dicere hypocoentaurus non arriit negatiue, et aoristia tenendo partialiam non, quoad ueritatem et falsitatem: igitur non differunt.

Secunda. Vltimo est autoritas Boetij hic expressa et exposita ueris etiam in secundo huius, qui uolunt uerbum infinitum positum in oratione non differre a uerbo ipso pure negato. propter hęc animaduertendum est, quod uerbum sine adiectiuum sine substantiuum duo importare uidetur. unum quatenus uerbum est, compositionem predicati cum subiecto: qua quidem ratione est synthegetema sine signum predicatum, ut signa ipsa distributiuua sunt synthegetemata subiectorum, ut dixit Porphyrius.

Solutio propria. Aliud uero non quatenus uerbum, sed quatenus descendit

dit e nomine: importat idem illud quod nomen, ut laborat idem principaliter quod labor, e quo deriuatum est laborat ipsum est idem quod esse sine existens, et in ceteris id genus. Tunc dico duo ad dubitationem. Primum est, quod sumendo uerbum quatenus uerbum, hoc est, ut importat compositionem, et ut est synthegetema predicatum ipsum non potest aoristari aoristatione alia e negatione ipsa ut rationes nostre cogunt, et auctoritates tacite. Secundo autem est, quod uerbum ipsum quoad significatum in quo cum nomine uerbalis ipso conuenit, et per quod e nomine descendit, aoristari potest: aoristatione uidelicet tracta secunde in predicatione: ut hypocoentaurus non laborat: sensus est hypocoentaurus est non existens laborans. remanet enim est ipsum synthegetoricę sumptum pure affirmatiuum, totum illud quod habebat cathogorice, remanet aoristatum. Hęc est sententia Auerois plane in paraphrase huius partis, et in secundo huius. Inquit enim hic: et uerbum infinitum est quod significat illud quod significat nomen infinitum. et tempus illius intentionis: et illud est priuatio quam significat nomen infinitum sine priuatio que definita est in libro predicamentorum, sicut sermo noster non sanatur: ipse nanque significat illud quod significat sermo noster non sanatur: et tempus illius intentionis, id est illius priuationis. Hęc eadem in secundo huius ad uerbum etiam ait Auerois: et sic uerbum quatenus uerbum aoristari non potest, sed quatenus cum nomine ipso conuenit. Per hęc ad omnia argumenta patet solutio: nam bene concludunt posse uerbum aoristari et remanere in oratione aoristum: non tamen quatenus uerbum et synthegetema, sed quatenus cathogorice, et quo cum nomine conuenit, ut uidelicet partialia ipsa negatiua aoristat predicatum pro tempore importato per uerbi, ut in hac enuntiatione. Scylla nō arriit aoristia tenendo partialiam non: sensus est Scylla non arriit pro nunc inest: aut Scylla est non existens nunc arriens. ubi uerbum est in enuntiatione illa erit purum synthegetema predicati aoristia tēti nihil aliud penitus importans nisi compositionem extremorum.

Similiter autem ualeat atque ualebit non uerbum: sed uerbi casus sunt. differunt uero a uerbo, quoniam hoc quidem præfrens consignificat tempus: illa uero circumcirca.

Secundum Ammonij interpretationem Aristoteles excludit a diffinitione uerbi casus uerbi, ut præteritum et futurum. Vult enim casus hōsa non esse uerba, sed uerbi inflexiones, queque hoc modo differunt a uerbo: quatenus uerbum ipsum præfrens tempus consignificat, illa uero consignificans arcuata, ut præteritum quod est aut præfrens, futurum quod est post præfrens.

Quantum uero ad uerba graeca attinet Aristoteles adiecit tempus cum dixit præfrens tempus. Nam, ut Ammonius inquit, præfrens dicitur de momento, quod graeca est v̄p̄, latine nunc, et quoniam in ipso nunc non potest esse actio et passio, que propria sunt uerbo, ad excludendum ipsum nunc adiecit tempus.

Prima.

Secundum.

Confirmat.

Auer.

Com. 15.

Primum.

Secundum.

Tertium.

Ratio.

Expositio uerborum.

Differentia.

Ambiguit.

Dubitatio literalis.

Similitudo.

Positio Auer. de uerbo infinito.

Com. 16.

Circu graeca uerba.

Amplius.

capitulum de nomine) κατὰ ὁμοίτητά hoc est, secundum institutionem, siue placitum, siue factus, siue pactum. Melius autem Aristoteles ὁμοίτητά non pro natura posuit, sed pro instrumento: quia per hoc (ut Ammonius, & Alexander aiunt) Aristoteles minorem Platonis negare intendit. Sed nec contra so ad huc solutio Aristotelis non uidetur uia: Platonis quidam lutionem. Hermippus & Numenius obiiciunt: nam idem uidetur de effectu. Oratio enim effectus est uirtutis naturalis per instrumenta naturalia & omnis effectus uirtutis naturalis per instrumenta naturalia est natura, non institutio ne: igitur oratio ipsa natura erit. Secundo, oratio est instrumentum intellectus, qui est uirtutis naturalis: nam intellectus oratio significat. Syllogismus, qui oratio est, ratiocinatur: definitione, que rursus oratio est, definit. Sed ut supra, omne uirtutis naturalis instrumentum est natura, igitur oratio natura erit, non autem institutio. Ad hanc Ammonius solutionem inuit, quod quemadmodum in tripudio motus ipse a natura est, modificatio illius (ut ita dicam) ab institutione & artificio: ita in oratione, uoces siue soni natura sunt: modificationes uero institutione: & ita quatenus uoces siue soni orationes natura sunt: quatenus tales uoces institutione formantur. Tunc ad rationem primam, maior falsa est: potest enim aliquis esse effectus uirtutis naturalis per instrumenta naturalia, ut tripudium & esse institutione. Ad secundam aut Ammonius, quod intellectus non est natura: quoniam nullius corporis actus est, sed quasi supra naturam: & sic nihil prohibet uirtutis supra naturam esse effectum institutione. Sed hanc responsio stare non potest, quia scilicet intellectus est uirtus naturalis: distinguendo naturale contra artem. Igitur effectus suus debet esse naturalis, ut distinguitur contra artem. Properea dicendum, quod artificialium principium immediatum est uoluntas: Hec enim est immediata causa institutionum: & properea quatenus conuenit aut intellectus & naturalia instrumenta uirtutis interpretantur: quia tamen omnia subiacent uoluntati, ideo institutione sunt & non natura: & hoc nesciuit explicare Ammonius, licet forte hoc uoluerit balbutire. Alexander Aphroditus enititur probare orationem esse institutione: quia cuiusque libet pars est institutione, totum institutione est. Sed orationis partes, ut nomen & uerbum institutione sunt: igitur tota oratio. Hec ratio par sua petere uideatur, quia Plato & Socrates in libro Cratili uolueret etiam nomina & uerba naturaliter significare. Amplius similis questio est de nomine & uerbo, quando ipsa sunt effectus uirtutis naturalis per instrumenta naturalia. Ideo melius a signo idem probari potest, que apud diuersos sunt diuersa institutione esse uidentur: id enim quod naturale est semper est uniforme: sed orationes apud diuersas linguas diuerse spectantur, quatenus idem significant: igitur non natura, sed institutione sunt: & hec est sua melior ratio.

Dubitatio. Sed ara hec reuocantes ambigunt: utrum nomen quod significat aliquid si imponatur de nouo ad significandum aliud, remaneat idem nomen: uerbi causa, istud nomen homo significat Socratem & Platonem, utrum si ponatur ad significandum idem quod equus, remanet idem nomen. Secunda dubitatio utrum oratio que de nouo imponitur ad significandum aliud quam primo significabat, ut hec oratio homo est animal, dato quod significat deum esse, teneat ad primam uiam orationis uel dictionis. Ad primam respondent nonnulli recentiorum quod nomen impositum de nouo ali-

ter ad significandum quam significabat non est idem nomen: hoc probant exemplo, quia siat ex uariatione forme artificialis resultat alia atque alia res artificialis: ita ex uariatione significationum resultabunt alia atque alia nomina. Sed hanc positio stare non potest. primo quia ad uariatione eius quod desinit & per accidens accidit nihil debet uariari, sed uomen & uerbum significans ex uoluntate: quod significatio desinit accidit nomini & uerbo: igitur nomen per illius uariationem non uariabitur.

Amplius si ad uariationem significationum uariantur nomina, ad conuenientiam erunt eadem. Igitur homo & ἄνθρωπος erunt unum nomen, quod nemo dixit. Ideo dicendum, quod nullatenus uarietur nomen, licet uariatur significatio, cum illa sit accidens ipsi nomini. Potest tamen diu uariatum extrinsecè, quemadmodum columna sit dextra uel sinistra ipso animali uariato, nec ualeat ratio: significatio formalis uariatur, igitur nomen: quia illa est sibi extrinsecè, sicut columnæ dexterioritas. Ad rationem dico, quod uariata forma artificialis intrinsecè uariatur res artificialis, modo non sic est in nominibus. Ad secundam respondens idem, quod oratio de nouo imposita ad significandum nouum complexum uim habet dictionis. Hoc absolute dictum est falsum: quia uolo quod homo significat mihi equum, bouem, animal: & scio hanc propositionem, homo est bos: parit quod quolibet dictio & pars significat ut dictio, igitur tota non significat ut dictio.

Amplius hec oratio de nouo sic significans est oratio: igitur partes eius significant ut dictiones per definitionem datam. Properea dico, quod oratio potest imponi ad significandum aliquod complexum de nouo dupliciter. Uno modo ponendo quod partes significant: ex quarum significatione resultat significatio totius, & hoc modo significat ut oratio, ut argumenta cogunt. alio modo ponendo, quod oratio significat primo illud complexum de nouo nihil de partibus afferendo: hoc est non per hoc quod significatio eius resultat ex significatione noua partium. Et hoc modo bene dicunt, quod significat ut dictio, quoniam sua significatio non resultat ex significatione partium, quo in casu non erit oratio, licet partes sint nomina: nec propositio, licet significat complexum, sed dictio erit tantum. de hac re supra disputatum est.

Enuntiativa uero non omnis: sed illa in qua uerum aut falsum est: non autem in omnibus est, ueluti deprecatia. oratio quidem est, sed neque uera neque falsa, ceteræ quidem igitur relinquuntur: nam ad oratoriam aut poeticam illarum magis consideratio attinet: enuntiativa uero presentis contemplationis est.

Diuisio enuntiationis, ut Boetius est autor, hac ratione fit sumpta oratione pro genere, orationum alia imperfecta, ut Plato in Lyao, alia uero perfecta. Perfectæ uerò (si licet a bimbrembrè facere) alia enuntiativa, alia non enuntiativa queq; diuisio: ideo per alterum membrum negatiuum datur: quoniam subdiuidentibus membris gnus commune nomen non habet, non enuntiativa uero alia est deprecatia, ut adfit laticæ Bacchus dator. Alia imperatiua, ut accipe daque fidem. Alia interrogatiua, ut quò te Meri pedes, an quò uia duat in urbem? Alia uocatiua, ut o qui rex hominumque

Consutatio,

Solutio propria.

Prima ratio.

Ad secundam

Consutatio.

Solutio.

Com. 2.

unquæ æternis regis imperijs. Enuntiativa uero est, ut diæ es est, dies non est. Non enuntiatuarum uero species ex posterior reuadit ad tres. quoniam illæ quinque ordinatæ sunt, ut unus ex intellectu alterius dirigatur: quod quidem tribus fit modis. Primo ad attendendum mēre: & ad hoc oratio deseruit uocatiua. Secundo ad respondendum uocæ: & ad hoc facit interrogatiua. Tertio ad exequendum opere: quod etiam trifariam fit, aut per expressionem desiderij: & ad hoc facit optatiua, uel respectu superioris: & ad hoc facit deprecatia, aut respectu inferioris: & ad hoc facit imperatiua. Si quis autem uellet, posset reducere etiam has ad bimbrembrè, que res cum non multum conferat, sit hoc satis. Aristoteles itaque mirabili breuitate utus, ut Ammonius inquit, tria facit sere simal, orationem diuidit, enuntiatiuam de finit, inuentionem ad speciem astringit. Diuidens orationem ait, enuntiativa uero non omnis. Et sic inuit orationum aliam esse enuntiatiuam, aliam non enuntiatiuam. Deinde inueniens definitionem inquit, sed illa in qua uerū uel falsum est. Est igitur enuntiativa oratio in qua uel uerum uel falsum est. Ut uero clarior esset hæc definitio subscribit differentiam, qua differt a ceteris. Que in definitione posita est, & inquit, non autem in omnibus est uerum, uel uel falsum, ueluti deprecatia oratio, & cetera id genus, oratio quidem est: sed neque uera, neque falsa. Deinde abiciens a consideratione presentis orationes non enuntiativas astringit intentionem in speciem. Nam hucusq; de partibus interpretationis, & de communi ipsa oratione locutus est, & inquit, ceteræ quidem igitur relinquuntur, nam ad oratoriam siue rhetoricam, aut ad poeticam siue poetiam magis illarum consideratio attinet. Enuntiativa uero presentis contemplationis est, que species est orationis potior: huius uero species sunt affirmatio & negatio. Hæc igitur sunt que Aristoteles breuibus complexus est.

Quantum uero ad uerba contextus attinet, uerum & falsum in enuntiatione sunt in intellectu, atque rebus. In rebus quidem ut in causa, quando ab eo quod res est uel non est enuntiatio fit aut uera aut falsa. In intellectu uero, quia intellectus subiectum omnium uerorum, & ita in intellectu sunt uti in subiecto. In enuntiatione uero ipsa sunt ut in signo, & uel sanitas in urina. Sed supradictis emergunt dubitationes. Prima, uidetur qd Aristoteles malè definerit enuntiationem per uerum uel falsum: quoniam uerum uel falsum, aut sunt differentie, aut propria. Si quidem propria non erit bona definitio, si differentie, tunc constituantur species: & ita per suas species definsset. Secunda, cur solum de enuntiatione est consideratio: loquax enim est scientia communis, igitur de omnibus. Tertia, de propositione tractatur in libro priorum, et in libro posteriorum. Igitur non hic de enuntiatione, cum idem sint. Ad primam respondet Ammonius, quod enuntiationem signam ex definit per uerum uel falsum, quia sunt fines eius, & definitio datur per finem multoties. Vel diu potest, quod sunt ut propria, que ponuntur loco differentie, que nobis latec etiam si sine differentie & constituantur species, genus definituri per species fieri potest, ut dicit Alexander: quando uel differentie latet, aut genus non sit penitus uniuocum.

Ad secundam respondet Theophrastus philosophus, quod omnis oratio ut instituta ordinataque est ad auscultationem audientemque: aut res ipsas. Si ad auscultationes atque audientes, sic pertinet ad rhetoricam atque poeticam.

ut Plato ostendit in Phædro. & Socrates Philebo. Si uero ad res: sic enuntiatio instituta est ad librum posteriorum & ad scientiam: & ita erit propria huic considerationi.

Ad tertiam diu potest, quod enuntiatio differt a propositione: quoniam propositio ordinatur ad syllogismum: & quatenus ordinatur ad syllogismum dicitur propositio: que si ordinatur ad demonstrationem, positio dicitur, si ad syllogismum dialecticam, propositio dialectica. si ad syllogismum sophisticam, propositio sophistica. sed si ad syllogismum simpliciter, uocatur propositio absolute. Enuntiatio uero dicitur, quatenus subordinatur intellectui per uoces exprimentis de rebus uerum falsumque. Et ita differunt, quia enuntiatio est extra mentem tantum in uoce aut scripto: propositio, extra & intra mentem. Enuntiatio etiam diu potest propositio, et conclusio, & problema in dialectico syllogismo: conclusio in demonstratione, itemque diu potest questio & id genus: propositio non nisi premissa. Hæc tamen latius expliabantur in libro priorum & posteriorum.

Querunt rursus forticole, an eiusmodi propositiones, tonat, coruscat, lego, & id genus sunt enuntiationes. Secundo an differat dicere, ego lego, ego Augustinus scribo: & dicere, lego, scribo. Ad primam respondent nonnulli forticole, quod illiusmodi propositiones nec sunt orationes, nec enuntiationes: bene tamen sunt complexa que dam in uirtute. Mouentur autem argumeto, quod illarum una pars utpote subiectum est in mente, uidelicet, ego. Alia uero in uoce utpote prædicatum, Enuntiatio autem & omnis oratio est penitus in uoce uel scripto: & ita eiusmodi esse non possunt orationes uel enuntiationes. Sed isti delirant penitus. Nam eiusmodi sunt in uoce aut scripto, & in eis est uerum uel falsum, igitur enuntiationes. Hæc enim fuit Aristotelis definitio. Nec contra eos aliter arguo: sunt enim hæc de se derisibilia. Animaduertit igitur, quod eiusmodi sunt enuntiationes: quoniam uerba sunt subiectum et prædicatum & copula. In ista dictione lego, aut ambulas, est subiectum uel prime uel secunde persone uerbi: que sua natura illam importat, est prædicatum: quia res solui potest in partia pium, est & copula propter idem: igitur absolute est enuntiatio. Ad rationem dico, quod subiectum non est in mente ita ut non sit in uoce: est enim in mente fortasse explicat, in uoce uero impliat uti & prædicatum. Ad secundam respondent nonnulli, quod illiusmodi propositiones differunt: quoniam cum adduntur subiecta illis, que sunt pronomina & prime & secunde persone, denotatur affectio aliqua siue prædictio que dam uerbi causa, cum dicitur: ego Augustinus scribo, denotatur quod aut solus scribo, aut nullus ita bene scribit. Et tunc iuxta hanc regulam deuant captiuam alus. Prima, ego Augustinus scribo; igitur nullus alius scribit, aut nullus alius ita bene scribit, tenet captiuam alia per regulam. Secunda non ualeat, ego Augustinus arro, igitur ego sum. Est enim antecedens uerum, ubi ego solus arrem: consequens uero falsum, quia denotaret me solum esse. Tertia hec est absolute falsa. ego sum, tu es, quia tunc nullus alius esset, ideo dixit deus, ego sum qui sum: quoniam alia a deo uel non sunt, uel non ita bene. Bene tamen concedunt hæc, sum, es, & id genus.

Sed isti propter captiuam alus sepe trudentur in pueriles fabulas. Hæc enim risu digna satis sunt. Nam dum dico, ego sum, uel tu es, aut in his uolunt esse intelligenda subiecta, aut non. Si non igitur erit aliqua enuntiatio perfecta,

Consutatio.

Responsio propria.

fecta, et non cum subiecto. Si vero uoluit esse subiecta intelligenda sed intellectus potest explicare uocem omne quod conapit, et non aliter potest quam dicendo ego sum, uel tu es. Igitur haec aequivalent, sum, et ego sum, es, et tu es. Secundo, tunc haec esset negatoria, tamen deus est, tamen ego scribo, et id genus. Propterea uidetur mihi illiusmodi orationes non differre quantum ad rem, sed solum quod ad ad usum rhetoricam atque oratum. quo enim ad ueritatem idem est dicere tu es, et es: ego scribo, et scribo. Addunt tamen rhetores pronomina ipsa prima et secunda ferensae nonquam emphaticos, ueluti illud Maronis. Mene incipio desistere uictam? sub illo pronomine me, intellexit regnam deorum, et sororem, et ionis coniugem. Similiter Cicero. Ego omni officio ac potius pietate erga te ceteris satisfacio. sub illo pronomine ego, se illum talem qui cum Lentulo familiarissimum uixit: et qui tot beneficia ab eo accepit inuicem. Addunt igitur rhetores eiusmodi ad amplitudinem. licet quo ad propositionem ueritatem, qua logus considerat, nulla sit differentia. Et hoc modo intelligendum est illud Prisciani grammatice. Haec satis.

Est autem una prima oratio enuntiatiua, af firmatiua. Deinceps negatio. Ceterae uero omnes coniunctiones sunt una. Necesse est autem omnem orationem enuntiatiuam esse ex uerbo aut casu uerbi: quando & hominis ratio nisi ipsum est: aut fuit, aut erit, aut tale aliquid adiciatur nequaquam oratio enuntiatiua sit. Quamobrem unum quoddam sit & non multa, animal gressibile bipes. Neque enim quia propinque dicuntur, una erit. Erit alterius hoc tractare negotii.

Cont. 21.

Conueniunt expositores et graecae et latini, quod definitam enuntiationem nunc diuidit Aristoteles: et uoluit quod Aristoteles breuiter duas diuisiones enuntiationes explicat: quarum una est, quod enuntiationum quaedam est una simplex, quaedam uero coniunctio. Quam expositor eo approbat quod, etiam in rebus aliquid est unum simplex, ut indiuisibile, aut continuum, alterum colligatione, aut compositione, aut ordine. Secunda uero, ut expositor ait, subdiuisio est enuntiationis unius in affirmationem, et negationem. unde reantiores uolunt diuisiones esse huiusmodi, enuntiationum quaedam est categorica, quaedam hypothetica. Categoriarum alia est affirmatiua, alia negatiua. Mouet Boetius dubitationem: utrum id quod ait, prima ad affirmationem referatur, ut sit posterior negatio, an id quod ait, prima, ad simplicem reuoluerit orationem, ut secunda sit quae ex orationibus iungitur.

Dubitatio Boetij.

Resolutio questionis.

Haec Boetij questio resoluitur in tres. Prima, utrum diuisio enuntiationis per unam, et coniunctionem unam sit prior diuisione per affirmationem et negationem. Secunda, utrum affirmatio sit prior negatione. Tertia, utrum simplex sit prior coniuncta. Respondet expositor, e quo acceperunt reantiores, quod prima diuisio enuntiationis est per categoricam siue unam simplicem, et hypotheticam siue coniunctionem unam. Huius ratio ab expositore colligitur quia prima enuntiationis diuisio est per unum et multa. Igitur

prima enuntiationis diuisio esse debet similitur. Alia uero diuisio est fortius subdiuisio enuntiationis simplicis.

Sed paucorum horum dixerim, hoc stare non potest: quoniam etiam hypothetica siue coniunctio una est affirmatiua uel negatiua, igitur non diuisio secunda siue subdiuisio alterius membri est illa, quae fit per affirmationem et negationem. Secundo errant reantiores quando uolunt haec diuisiōnem esse per categoricam et hypotheticam: quoniam tunc sola conditionalis esset coniunctio una. Ammonius enim et Boetius uolunt hypotheticam non esse nisi duobus modis, aut conditionalem, aut disunctiuam, quae etiam species conditionalis est, ut diuisus. Unde graecae *ὑποθετικὴ* conditio est. Igitur hypothetica, conditionalis est tantum.

ideo diuidendum ad primam, quod haec duae diuisiones enuntiationis aequales conuertibiles am ipsa sunt. Ut enim ens diuiditur per unum et multa, et per actum, et potentiam, et id genus. Quoniam omne ens aut est unum, aut multa. Similiter omne ens aut actum, aut potentiam. Sic omnis enuntiatio, aut una simplex aut negatiua. Et ita aequales sunt diuisiones eiusmodi: et non unam subdiuisionem alterius.

Dico secundo, quod haec diuisio per unam et coniunctionem unam, non est diuisio per categoricam et hypotheticam. Non enim, ut Boetius et Ammonius aiunt, categoricam opponitur hypothetica, sed coniunctio uni. Est autem coniunctio non uno modo, sed interdum copulatione, interdum tempore, interdum loco, et id genus. Haec enim sunt coniunctiones unae, quaedam sol exoritur, dies est, quia coniunguntur coniunctione temporis. Haec similitur ubi tu dicitur, Socrates iacet, et alia eiusmodi. Quae tamen non sunt hypotheticae. Recte igitur Aristoteles uerbo communi ori uerens dicit, ceterae uero omnes coniunctiones sunt unae, et non dixit, ceteras omnes esse hypotheticas.

Ad secundam respondet Ammonius, quod affirmatio solum ex parte uocis est prior negatione, quia est simplicior. Nam negatiua enuntiatio affirmatiuae addit partialem negatiua. Expositor autem adicit duas alias rationes quod affirmatio est prior ex parte intellectus: quoniam affirmatiua significat compositionem intellectus, negatiua significat diuisionem. modo compositio est prior diuisione, cum non sit diuisio nisi compositorum. Secundo ex parte rei, quoniam affirmatio significat esse, negatio non esse. modo esse et utiliter habitus naturaliter prior est priuatione. Sed haec additio non placet. Prima quidem non, quoniam a pari diuisio esset prior compositione, quoniam non est compositio nisi diuisorum amplius, ut dicit Ammonius, affirmatio, et negatio quo ad compositionem et unitatem non differunt, quoniam utraque addit composita ex uerbo et nomine, licet illa dicatur diuisio rerum. Secunda uero minime, quoniam priuatio naturaliter praecedit habitum, ut dicitur in predicamentis. Prius enim catulus caecus est quam uidens, et ita satis est responso Ammonij, quam Boetius etiam approbat.

Ad additio expositoris

Confutatio additioni

Sol. 3. prop

Confutatio unitas

unitas est a natura: etiam ipsa erit a natura. eadem enim ratio est entis, et unius, propositio et unius, ut dicitur in elenchis.

Responso propria.

Sed Aristoteles ait contra Platonem nullam orationem esse a natura, igitur uidetur haec expositio contra Aristotelem. Propterea dico, quod uia inuentiua quae compositio agitur, simplex enuntiatio prior est. Via uero analytica, hoc est, resolutoria composita est prior simplicia. Sed quoniam Aristoteles in isto libro est inuentiuus, iure simpliciam praeponeat. Inquit igitur: Est autem una prima oratio enuntiativa affirmatio, et respondens ad partialem primam subferribit deinceps negatio, quia ipsa negatio uocis posterior est. Ad partialem illam, una respondens ait: alia uero coniunctione sunt una, ut hypothetica, et id genus.

Dubitatio Alexandri.

2. Ammonij

Respon. Alex.

2. responso

Responso ad 2.

Exposit. 2. part. 1.

1. dubitatio

Prä rō.

Confutatio

Signum

Expositio propria.

one unam. Ideo quis obijdet, unius enuntiatio constat ex uerbo, uerbum autem importat compositionem: quam sine extremis non est intelligere. Igitur omnis enuntiatio dicitur composita. Cui respondet, quod omnis enuntiatio est composita ex nomine et uerbo. Sed dicitur simplex: quia non ex pluribus enuntiationibus constat. Veluti haec, si sol exoritur dies est, quae pluribus constat orationibus. Et tunc continuatur licet sic, licet enuntiationum sit quaedam simplex. Necesse est tamen omnem orationem enuntiatiuam esse ex uerbo aut casu uerbi, igitur dicitur simplex simplicitate opposita compositioni ex pluribus enuntiationibus. et haec est expositio rectior. Primo, quia illa particula aduersatiua [autem] poni non solet sic obiter, nisi ad obiectiones tamen tollendas. Secundo, quia interpositio fuisse nimis casualis et non pertinens. Tanti autem nomen, quoniam uerbum intelligi non potest absque extre-

mo. Quod autem omnis enuntiativa oratio ex uerbo constare debeat, probat per locum a maiori sic, quia si qua oratio esset enuntiativa sine uerbo, maxime esset definitio. Modo inquit, quando et hominis ratio, nisi ipsum est aut fuit, aut erit, aut tale aliquid adijciatur: nequaquam oratio enuntiativa fit. Igitur omnis enuntiativa oratio ex uerbo constare debet. Sed quoniam de definitione locutus est, et questio de unitate eius est alterius negotij, ideo se excausat, interponit tamen consulationem cuiusdam falsae responsonis. Dicebant enim quidam, quod definitio est una, quia partes propinquas iam, inquit. Quamobrem unum sit et non multa animal, gressibile, bipes. Interponit solutionem falsam, et inquit, neque enim quia propinque dicuntur, una erit. Tunc redit ad excausationem, quasi dicens, quare unum sit definitio, erit alterius hoc tractare negotij.

Ani aduersione dignum, ut declarat Boetius et Ammonius, ad unitatem definitionis esse necessariam partium propinquitatem: quia ubi partes longo intervallo consistunt, profertur, definitio non esset una. Ne igitur credatur hanc esse causam ueram, remouit illam, et transmittit nos ad septimam et octauam metaphysicam. Et licet de unitate definitionis Aristoteles transiuerit nos ad metaphysicam, dubitam expositores graecae quae est causa unitatis definitionis. Respondet Theophrastus in libro de affirmatione et negatione, quod definitio est una ratione subiecti, quod definit. Secundo, propter partium proximam constitutionem. Obijciunt contra Theophrastum, quia tunc definitio non esset una per se, quoniam esset una ratione subiecti, et ita ratione extrinseca. Secundo, quia tunc omnia accidentia essent unum essentialiter, quia sunt in uno subiecto, uel saltem ea quae essent in uno subiecto. Ammonius affert duas causas. Prima est partium unitas. Secunda uero est, quia in re est aliquid loco matricae, aliquid loco formae, et cum inter haec nihil mediet, rationabiliter faciunt definitionem unam. Sed ambo posita bene dicere: quia ut Aueroes ait in septimo metaphysicae commemo. 2. definitio uno modo potest sumi ut instrumentum, quo intellectus induatur ad intelligendas essentias rerum, et cum instrumentum sumat unitatem a fine. Finis autem est definiti essentia, iure ab unitate definiti de finitio erit, una. Et sic recte Theophrastus ait. Altero uero modo sumi potest, ut est ipsa rei essentia, quae cum resulset ex ultima differentia siue ultima forma, quae est ultimus actus: sic bene Ammonius ait: Sed haec res non est hic tractata.

Approbat expositior

Probatio

Notabile

Dubitatio Responso Theoph.

Confutatio aliquorum.

Responso Ammonij.


Concordia.

Dubitatio Theophilij. hic tractanda, ut bene Aristoteles inquit. Dubitat etiam Themistius primo posteriorum: quia videtur quod definitio sit enuntiatio quia est species propositionis immediate ut ait Aristoteles ibi. hic autem vult non esse enuntiationem. Hanc questionem multi solvere conantur: quos in primo posteriorum consuevit nunc uero philoponi expositionem asserimus, quod definitio potest considerari ut premissa: et sic est propositio et enuntiatio, ut Aristoteles vult ibi. Alio modo ut terminus, et sic loquitur Aristoteles hic quia ut sic non est enuntiativa oratio, sed terminus ut dicit.

Est autem vna oratio enuntiativa: aut ea quae vnum significat. Aut ea quae coniunctione est vna. Plures vero esse quae plura & non vnum significant. Aut ea quae sine coniunctione sunt.

Com. 22. Expositores fere omnes uolunt Aristotelem diuisionem prepositam nunc exponere: quod (ut mihi uidetur) stare non potest. Addit enim nonnulla membra quae non praedixit. Ideo Aristoteles diuisionem enuntiationis rursus nunc alio modo orditur: quae hac forma reduatur. Enuntiationum alia est vna, alia plures. Vna bifariam dicitur, haec quidem simpliciter, illa uero secundum quid ut dicimus. Plures rursus bifariam, et quidem plures: quia plura et non vnum significant. Ille plures quia sine coniunctione multae sunt. Huius secundae diuisionis prima pars prima parti primae diuisionis aduersatur: secunda uero pars eiusdem secundae illiusmodi. Ambigunt quae diuisio sit haec? Respondent et sane sapide: quod est diuisio aequiuoca in significata, ut si homo diuideretur in uerum et marmoreum.

i. Expositio Confutatio Nam sola enuntiatio vna est enuntiatio. Plures uero sunt vna prolatione, et metaphora. Secundo dubitatur quid Aristoteles uelit per enuntiationem unam simpliciter, et unam secundum quid: quidque per plures simpliciter, et plures secundum quid. Ad hanc Boetius et Ammonius concorditer respondent: et uolunt quod unitas et multitudo referuntur ad enuntiationis significantiam. Simpliciter uero et compositio ad uoces. Ex his sunt sex coniugationes, quarum duae sunt impossibiles, quatuor possibiles, ut figura declarat.



Et ita vna simplex est, quae est vna simpliciter, ut homo est rationale. Est enim vna quoad significantiam. Simplex uero quo ad uoces. vna uero composita est, vna secundum quid, ut si sol oritur dies est. Socrates disputat et Plato legit, et id genus. Haec enim dicitur vna secundum quid, quia coniunctione vna. Plures etiam bifariam sunt: plures com-

posita contra primum membrum, ut qua inconiuncte sunt tales, ut Socrates legit, Plato disputat, Aristoteles mouetur. Sunt enim plures et composita secundum uoces. Plures uero simpliciter, ut canis latrat. Est quidem plures significatur uocabus uero simplex. Simili modo haec, Ajax pugnavit cum Hector: multi enim fure Aiace. Haec opponitur quo ad secundum membrum. Sed huic obijcit expositor. Prius, quia per disunctionem quam interponit, uidetur distinguere inter orationem quae significat unum, et quae est vna coniunctione. Secundo, quia supra dixit quod est vnum quoddam, et non multa animal gressibile bipes, quod uero est coniunctione unum, non est unum, et non multa, sed est unum ex multis. Sed istae rationes siuolae sunt. prima quidem, quia non distinguunt inter unam, et coniunctionem unam, sed inter unam simplicem, quam subintellexit in primo membro, et unam coniunctione. Ad secundam dico, quod penes aliud accipitur unitas enuntiationis, et definitionis hic et ibi. Quoniam hic sumitur unitas a significantia, multitudo etiam ibi aliter, ut diximus. Tertio dubitant, omnis homo uel equus currit, est vna simplex, aut vna composita. Similiter Plato Atheniensis sapiens academicus est in lyao, est vna simplex, uel vna composita. Similiter omnis homo si est bos magis, et Socrates et Plato disputant, sunt ne vna simpliciter an vna composita.

Quicquid uelint Boetius, Porphyrius, Ammonius, et alij, dico quod quaelibet harum est vna simplex. Nam uerbum est unum a quo sumitur unitas enuntiandi. Prima quidem vna de subiecto disuncto. Secunda vna de subiecto composito. Tertia vna de subiecto conditionato. Quarta uero vna de subiecto copulato, et ita quaelibet est vna simplex. Quantum uero ad uerba attinet, adiecta et non unum quasi dicit, propositio siue enuntiatio est vna simplex, et plures plures quae significant plura, et non unum. Quoniam ut Ammonius inquit, sunt enuntiationes plures de aliquo uili, ut animal gressibile, bipes est homo. Potest enim resolui haec in plures: sed quia continetur sub animali, sunt vna. Propterea ait, et non unum propter tales enuntiationes. Aut dicit potest, ut Porphyrius philosophus ait, hoc esse dictum ad differentiam enuntiationum quae sumunt definitionem pro subiecto aut pro praedicto. Nam uidentur multa significare, sed reuera unum significant.

Nomen quidem igitur aut uerbum dictio sit solum. Cum non contingat ut is qui uoce aliquid significet sic dicat ut enuntiet, siue interrogante aliquo siue non. Sed ipse profert.

Videtur quod Aristoteles inferat, ut per particulam illatium designat. Videtur uero quod dubitationem excludat, ut per seriem uerborum haberi potest. Est enim dubitatio talis, quia dictum est enuntiationem esse unam ab unitate significantis. Sed nomen aut uerbum unum significat. Igitur enuntiatio vna est nomen unum aut uerbum unum.

Solut et uult, quod is qui profert nomen aut uerbum unum, unum dicit: et is etiam qui profert enuntiationem unam, unum dicit, sed non eodem modo. Nam dicens nomen uel uerbum, dicit unum prolatione, et non enuntiatue. At is qui enuntiationem unam dicit, unum dicit enuntiatue, quatenus

quatenus enuntiat unum de uno, aut retinet unum ab uno. et hoc inquit, nomen quidem igitur aut uerbum dictio sit solum: cum non contingat ut is qui uoce aliquid significat, sic dicat ut enuntiet. Sed contingit ut sic dicat ut profert tantum: adiecta siue interrogante aliquo siue non interrogante aliquo: quoniam qui aliquid uocem aut uerbo significat potest dicere ut enuntiet aliquo interrogante: ut si quis petat, quis hodie uenenum bibit. Et respondeatur: Socrates. Patet quod is qui dixit Socrates, enuntiauit: et hoc quia praesens interrogatio: ubi autem nulla praesens fuerit interrogatio, dicens Socrates tantum, non enuntiauit, sed protulit dumtaxat. Igitur enuntiatio differt a uerbo siue nomen: quoniam enuntiatio semper significat unum de duo enuntiatue, siue praedat, siue non praedat interrogatio. At nomen uel uerbum potest enuntiare unum de uno solum praedante interrogante. Propterea ait, cum non contingat ut is qui uoce aliquid significat sic dicat ut enuntiet, siue interrogante aliquo, siue nullo. Hoc est ut enuntiet in omni casu, nam non nisi ubi praesens fuerit interrogatio sed ipse ita dicit ut in omni casu profert unum. Et sic differt enuntiatio a uerbo et nomine.

Harum uero haec quidem est simplex enuntiatio: uelut quae aliquid de aliquo, aut aliquid ab aliquo enuntiat. Illa uero ex his composita, uelut ea oratio quaedam quae sane componitur.

Com. 24. Expositio Ammonij. Expō. prop. Ammonius uult ut Aristoteles subdividat eas enuntiationes, quas diamus aut interrogante aliquo, aut quas uolumus dicere per nos ipsos. Sed hoc est repetere idem plures, quod non conuenit Aristoteli. Melius igitur diuisionis praedictae membra exponit per exempla. et inquit, Harum uero haec quidem est simplex enuntiatio, uelut per exempla ea quae aliquid de aliquo, aut aliquid ab aliquo subaudi enuntiat, hoc est ut affirmatio, Socrates est academicus: aut negatio, ut Socrates non est timidus.

Trifaria est composita. Illa uero est quae ex his componitur: quod trifariam sit, ut Ammonius ait, uidelicet aut ex ambabus: affirmationibus, aut ambabus negationibus: uel ex altera affirmatione, altera negatione. Cuius exemplum subdit, et inquit, uelut ea oratio quaedam quae sane componitur supple ex duabus affirmationibus, ut Ajax pugnavit, et ulisses furit. Ex duabus negationibus, ut Plato non est crudelis, et Socrates non est auarus. Aut ex una affirmatione, et altera negatione, ut Plato est in lyao: et Socrates non in academia. Et ita per exempla patet diuisio, et membra diuisionis.

Est autem simplex enuntiatio uox, quae significat aliquid esse de aliquo, aut non esse, modo quo tempora distinguuntur.

Com. 25. Expositio Alexandri. Alexander aphrodisius exponit Aristotelem nunc de finire simplicem enuntiationem: quam ait definisse per species

des. Argumento quod enuntiatio non est genus illarum, sed ueluti aequiuocum quoddam.

Hec Aspasius ratione hac confirmat: quia eo modo hic Aristoteles enuntiationem definit: quo primo priorum descripsit propositionem: sed illic sic propositionem descripsit propositio est oratio affirmatiua uel negatiua aliquid de aliquo, aut aliquid ab aliquo. Igitur et similiter enuntiationem describere debet.

Obijcit autem Ammonius (ut sumit expositor) quia statim Aristoteles definiens affirmationem et negationem ponit enuntiationem, et non ut differentiam. Igitur ut genus. Et ita non aequiuocum, sed genus erit illarum: et per consequens non definiendum per species.

Porphyrius philosophus cum Alexandro uolens Aristotelem definire enuntiationem simplicem: ait non per species definisse: sed per uirtutes affirmationis et negationis: esse enim et non esse non sunt species enuntiationis, sed uirtutes affirmationis et negationis.

Sed obijcit expositor, quoniam sic in definitione generis non debent poni species: ita neque ea quae sunt propriae specierum: modo significare esse, proprium est affirmationi, significare non esse, negationi: igitur non debent poni in definitione generis.

Boetius autem quasi haec misens uult Aristotelem simplicem diuidere enuntiationem simplicem, et definire, ut intelligenti patet, et longis uerbis exponit.

Sed hoc expositor resistit, quia si enuntiatio simul definiretur et diuideretur, cum non uideatur definiti nisi aut per species, aut per uirtutes specierum, necessario cum dicere oportebit uel ut Alexander, uel ut Porphyrius, Cum Ammonio uero expositor sentit: et nos quoque sentimus, uidelicet, quod Aristoteles enuntiationem simplicem in duas differentias diuidit, ut inde definitiones specierum non asatur, et inquit, Est autem simplex enuntiatio, supple omnis aut quae significat aliquid esse de aliquo, quod ad affirmationem attinet: aut quae significat aliquid non esse de aliquo, quod ad negationem: et ne intelligatur solum de presenti tempore: subscribiti modo quo tempora distinguuntur, quasi dicit, etiam in alijs uerbi temporibus.

Hec uero diuisio, ut expositor sentit, non est enuntiatio in species, sed in differentias speciales: non enim ait quod enuntiatio est affirmatio uel negatio: sed uox significatiua eius quod est esse, quae est differentia affirmationis speciales, uel eius quod est non esse, quo tangitur differentia speciales negationis. Propter haec ex his differentijs subscribet specierum descriptiones. Haec est optima expositio. Verum illa Alexandri non est derisibilis.

Propterea primo debes scire Alexandrum uoluisse enuntiationem non esse simpliciter aequiuocam: sed analogam: quasi analogia genus dicitur analogum speciebus, septimo physica auscultationis. Haec enim analogia perfecti ad imperfectum rationi generis non repugnat. Uterius animaduertendum, enuntiationem posse bifariam defini: a priori, et sic in praecedentibus definit Aristoteles nullas in eius definitione addendo species: aut a posteriori, et hoc dupliciter, uel per ea quae intellectui competunt: et ita per species acceptas a uero et falso superioris descripsit: aut per ea quae rebus conueniunt: et ita describit hic, cum dicit: enuntiatio simplex uox est quae significat aliquid de aliquo esse uel non esse. Vox enim loco generis

Confirmat.

Aspas

Argument. Ammonij contra Alexi

Expositio. Porphi.

Argument. expositio. contra Porp.

Expositio. Bo.

Argument. expositio. contra Bo.

Qualis diuisio haec

Defensio. Hec est optima

et aliorum

1. supposit.

2. supposit.

Affirmatio uero est enuntiatio alicuius prædicati de subiecto aliquo. Negatio uero, est enuntiatio alicuius ab aliquo. Tangitur enim enuntiatio loco generis, cætera differentia loco. Sorticole uero dicitur: enuntiatio affirmatiua est in qua uerbum principale affirmatur. Negatio autem in qua uerbum principale negatur. Sed definitio Aristotelis est melior, quia est data ex ijs que sunt per se. Nam ab eo, quia prædicatum subiecto inest, affirmatiua prædicatur enuntiatio. Ab eo autem quia remouetur, negatiua emergit. Et sic definitio Aristotelis est accepta à causa. Definitio sorticolari accepta est à signo. Est enim affirmatio & negatio in uerbo ueluti in signo, ideo illa est quasi accepta ab accidente. Sed dubitatur: quoniam in ista aliquid remouetur ab aliquo. uidelicet Socrates differt à Platone, & tamen est affirmatiua. Ista uero, Socrates negatur de equo, est negatiua: & tamen est enuntiatio alicuius de aliquo. Similiter quoque & he, posito negatur, propositiones interueniunt, & id genus. Dicendum, quod definitiones sic intelliguntur: affirmatio est enuntiatio alicuius prædicati de aliquo subiecto. Negatio est enuntiatio alicuius prædicati ab aliquo subiecto. Tunc dico quod hæc est affirmatio Socrates differt à Platone, quoniam resoluitur in hanc. Socrates est diffrens à Platone, ubi prædicatum est totum hoc diffrens à Platone, & non Plato. Tale autem prædicatum inest subiecto. Fortasse illa, Socrates negatur de equo, est negatiua: quia est sensus, equus non est Socrates. Fortasse est affirmatiua, & est sensus, Socrates est negatur de equo. Hæc de affirmatione & negatione.

Cum uero sit enuntiare, & quod est non esse, & quod non est esse, & quod est esse, & quod non est non esse. Et circa ea tempora quæ sunt extra præsens si militer, contingit omne quod et quis affirmauerit, negare. Atque quod negauerit, affirmare: quare patet cuilibet affirmationi negationem, & cuilibet negationi affirmationem esse oppositam.

Com. 26.

TRACTATUS Aristoteles de oppositionibus enuntiationum præponit talem conclusionem: omnis affirmatio negationi opponitur: & omnis negatio affirmationi. Et syllogismus componitur sic, omnis affirmatio possibilis negari negationi opponitur. Et omnis negatio possibilis affirmari opponitur affirmationi. Sed omnis negatio potest affirmari, et omnis affirmatio negari. Igitur omnis affirmatio negationi opponitur, & contra. Maiorem prætermisit. Minorem uero probat exemplo. Ad cuius euidenciam animaduersione dignum, q. materie enuntiationum omnes ad duas reducantur, ad habitudinem subiecti ad prædicatum affirmatiuum: quæ si fuerit in actu, dicitur esse ut in terminis, animal homo. Homo enim in anima ad animal habitudinem dicit affirmatiuum. Propterea appellatur in esse, è quo proficiuntur enuntiationes affirmatiuæ de inesse. Si uero fuerit habitudo in potentia, erit contingens esse affirmatiuum, è qua exoriuntur enuntiationes de contingenti in esse, cuius termini erunt in sum homo. Aut materia enuntiationum reducantur ad habitudinem subiecti ad prædicatum negatiuum, quod est aut in actu, ut in his terminis, equus hō. ex hoc emergunt enuntiationes de inesse negato. Aut in potentia, ut in his terminis, grammaticam animal: ex hoc nascuntur enuntiationes de contingenti non inesse. Quaratione fit q. ex parte

Quot materie enuntiationum.

te rerum due sint omnium enuntiationum materie. Ex parte uero nostri modi enuntiandi, ut Ammonius inuenit, sunt due forme. Nam noster enuntiandi modus esse potest aut affirmando, aut negando. Quare sunt quatuor, due quidem materie ex parte rerū. Due uero forme ex parte nostri. Ex parte rerum nuncupantur esse, & non esse. Ex parte nostra appellatur affirmatio & negatio. Sed quoniam cum sunt quatuor termini possunt sex modis coniugari dicimus sex fieri coniugationes, quarum quatuor sunt impossibiles, due tamen possibiles. Prima erit ex habitudine affirmatiua quod uocatur esse: & nostro modo affirmādi, quod dicitur affirmatiua. & hæc est utilis, ut si hominem esse animal enuntiemus. Alia ex habitudine negatiua: & nostro modo negandi, ut si enuntiemus hominem non esse animal: cum tamen homo sit animal, & hæc est inutilis. Tertia erit ex habitudine negatiua: & nostro modo negandi, ut si equum hominem non esse enuntiemus. hæc quoque etiā utilis erit. Quarta ex habitudine negatiua, & nostro modo affirmandi, ut si equum hominem dicimus: & hæc inutilis est. Est quinta ex affirmatione & negatione, quæ sunt ex parte nostra quod non potest fieri. Sexta ex esse & non esse ex parte rerū, quod minime est possibile. Erunt igitur coniugationes sex: quarum due sunt possibiles, cæteræ inutilis.

Formæ enuntiationū.

Esse	Inutilis	Non esse
Inutilis	Utilis	Inutilis
Negatio	Inutilis	affirmatio

Ex ijs exemplariter potest patere minor. Nam si esse coningit negari. Et non esse coningit affirmari: omnis affirmatio erit possibilis negari. & omnis negatio possibilis affirmari: quæ sunt minor. inquit. Cum uero sit enuntiare, & quod est in re, non esse, ut in negatione falsa. Ut dicendo homo non est animal. Et quod non est in re, esse, ut in affirmatione falsa, ut dicendo ethiops est albus. Et quod est, esse, ut in affirmatione uera. Et quod non est, non esse, ut in negatione uera. & non tantum de enuntiationibus per præsens tempus, sed etiam & circa ea tempora quæ sunt extra præsens. Similiter dat minorem, & inquit. coningit & omne quod quis affirmauerit negare. Nam si affirmat esse, illud negare possumus. Si affirmat non esse, etiam illud negare possumus. Contra etiam & quod negauerit affirmare propter eandem rationem. Sic quasi per exempla patet minor. Tunc infert conclusionem, & inquit. quare patet cuilibet affirmationi negationem: & cuilibet negationi affirmationem esse oppositam. Quæ sunt conclusio syllogismi præpositi.

Anaduertendum uim rationis esse: omne quod affirmatur, coningit negari, & contra: omne quod negatur, coningit affirmari. Igitur affirmatio & negatio sunt oppositæ: Anteadens deducatur. Nam quod est quod affirmatur, coningit negari.

Vis rationis.

Et quod

Et quod non est etiam quod affirmatur, coningit negari. Igitur omne affirmatum coningit negari. Contra etiam: quia quod non est quod negatur, coningit affirmari: & quod est quod negatur, coningit negari. Igitur omne quod negatur, coningit affirmari. Quare affirmatio & negatio erunt oppositæ. Sed dubitatur contra consequentiam: quoniam omne quod mouetur, coningit esse album. Contra etiam: cum ne album coningit moueri: & tamen album & motum non sunt oppositæ. Igitur licet omne affirmatum coningat negari, & contra: non propterea debent putari oppositæ.

Dubitatio.

Solutio.

Dico, quod non sunt similia. Omne enim quod mouetur, coningit esse album ipso remanent in motu, & eodem modo quod est album, coningit moueri ipso remanente cum albedine. Propterea non sunt oppositæ: At affirmatio si negatur, non remanet cum affirmatione. Nec etiam si negatum affirmatur, remanet cum negatione. Propterea sunt oppositæ: unde quoniam omne album coningit esse nigrum: & si sit nigrum, non remanet album: ideo album & nigrum opponantur.

Com. 27.

Sicque hoc contradictio, affirmatio & negatio oppositæ.

Quid oppositio sit declarauit: nunc quid contradictio, subscript & debet sic intelligi. contradictio est hoc affirmatio & negatio oppositæ, hoc est, contradictio est oppositio affirmationis & negationis. ponitur oppositio loco generis. Reliqua collocantur differentia causa. Ammonius creauit non rem definisse Aristotelem: sed unde ipsa contradictio nomen suum nansatur. Affert signum, quia in Græco sensus sit, & hoc contradictio affirmatio & negatio oppositæ. hoc enim loquendi modo non utimur, nisi in nominis impositione ut dixit supra & sit nomen infinitum: hoc erit bene dictum. credo tamen quod Aristoteles simul nomen finxit, & nominis rationem subiecit: ratio autem quam significat nomen definitio est. Et ita simul nomen et rationem nominis, ut mihi uidetur, absulit.

Dico autem eam opponi, quæ est eiusdem de eodem, & non æquiuoce et cætera id genus quæ determinauimus ad sophisticas oportunitates.

Com. 28.

1. Obiectio.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Soluit dubitationes. nam contra dictam descriptionem potest multipliciter instari. Primo, hæc est oppositio secundum affirmationem & negationem, animal est grammaticum, animal non est grammaticum: quæ tamen non est contradictio. Secundo, hæc est oppositio secundum affirmationem & negationem, canis latrat, canis non latrat, quæ tamen non est contradictio. Tertio, hæc est oppositio secundum affirmationem & negationem, ethiops est albus dentem: ethiops non est albus pedem, quæ non est contradictio. Quarto, & hæc est oppositio affirmationis & negationis, Plato arripit tardè, Plato non arripit uelociter: quæ nec est contradictio. Quinto, & hæc est oppositio affirmationis & negationis, pluit hodie, non pluit heri, quæ etiam non est contradictio. Sexto, & hæc, pluit in Gallia, non pluit in Italia. Et cætera id genus. Propterea ad hæc omnia satisfaciens uult descriptionem esse intelligendam sic, conclusio est oppositio affirmationis & negationis seruat identitate subiecti et prædicati. Per quod tollitur prima obiectio: animal non est idem in numero subiectum: non

æquiuoce, per quod tollitur secunda. Canis enim æquiuocantur est secundum idem, per quod essat obiectio de ethiops. est enim illud secundum diuersas partes, secundum eundem modum quo etiā dicitur quarta. Nam non est eodem modo, quod assumitur, secundum idem tempus: quo dicitur quinti inconstantia: quoniam ea sunt uera in diuersis temporibus, secundum eundem locum: quo etiam dicitur ultima quæ præcedit ex differentia loci. Et si aliquæ essent, quæ solent fieri à sophistis, etiam audiendæ sunt. Erunt igitur contradictio, oppositio eiusdem de eodem, non æquiuoce, secundum idem, eodem modo, tempore eodem, & secundum eundem locum, & si qua alia erunt. Et tunc patet contradictionem differere à subcontrarietate, contrarietate, subalternationeque. Inquit: dico autem eam opponi, supple alibi, quæ est eiusdem de eodem: quoad primam conditionem: & non æquiuoce, quo ad secundam. Et cætera id genus quæ determinauimus ad sophisticas oportunitates, quo ad cæteras quatuor conditiones.

Particulæ secunda.

De subiectis & prædicatis propositionum.



Uim autem rerum alia quidem sunt uniuersales, alia uero particulares. Dico autem uniuersale quod de pluribus aptum est prædicari: Particulare uero quod non. Veluti homo quidem uniuersale: Callias uero particulare: necesse igitur est cum aliquid inest alicui uel non inest: id cui inest interdum quidem enuntiare esse aliquid eorum quæ alicui insunt uniuersalia. Interdum uero aliquod eorum quæ sunt particularia.

Com. 29.

TRACTATUS Aristoteles de residuis oppositionibus enuntiationum, primo de quibus subiectis sunt enuntiationes concludit. Nam per hoc poterimus scire id cui signum uniuersale sit addendum. Est autem conclusio textus, q. omnis enuntiatio sit aut de subiectis uniuersalibus, aut de subiectis particularibus. Et syllogizat sic: oēs res aut uniuersales aut particulares, ois enuntiatio est de rebus, igitur omnis enuntiatio aut est de uniuersalibus, aut de singularibus subiectis. Huius rōnis proponi maiorem & inquit: cū autem rerū alia quidem sint uniuersales, alia particulares: hæc est minor, quæ definitione & exemplo exponit, & inquit: dico autē uniuersale, quod de pluribus aptum est prædicari. Particulare uero, quod non subiecti aptum est de pluribus prædicari. Veluti homo quidem uniuersale: Callias uero particulare. Hæc est expō maioris, subintellecta tunc minori. u. g. enuntiatio omnis sit de rebus: dat conclusiōnem, & terminat suspensum dicēs. Necesse igitur est cum aliquid ut prædicatum inest alicui ut subiecto in affirmatiōne, uel non inest in negatione, tunc supple tu, ut græco est suppleendum: id cui inest hoc est subiectum interdu quidem enuntiare esse aliquid eorū quæ alicui insunt uniuersalia. Interdu esse aliquid eorū quæ sunt particularia. Sic igitur omne subiectū enuntiationis de necessitate aut est uniuersale, aut particulare. Hæc est expō partis. Quo uero ad græca uerba attinet, uerbū particulare græco est eodē modo, quod nonnulli uolūt latine esse singulare & recte fecerunt: ego uero iter si singulare et particulare nūc differētiā facio.

C ij Accepit

Opponi quidem igitur affirmationem negationi dico contradictorie: eam quæ uniuersaliter significat ei, quæ non uniuersaliter: vt omnis homo albus est, nõ omnis homo albus est: nullus homo albus est, quidã homo albus est.

Com. 33.


Ex ijs ut uideatur quo modo differunt contradictorie & contrarie enuntiationes. describit rursus utraq; & post est descriptio contradictoriarum sic collig. enuntiationes contradictorie sunt affirmatio & negatio uniuersalis & non uniuersalis eiusdem prædicati de eodem subiecto uniuersali: hæc fuit declarata, & per exempla declarat, & sermo patet. Sed ambigs: quoniam uerbum finitum & uerbum infinitum contradictorie opponuntur: quorum in littera nihil mentitur. Respondet Ammonius Aristoteli descripsisse enuntiationes contradictorias & non simplices uoces. Propterea ait litteræ esse supplendi hoc modo. opponi affirmationem negationi enuntiatione contradictorie dico, & reliqua: nam per hæc tollitur dubitatio.

Animaduersi ne dignum in contradictione enuntiationum reperiri omne genus oppositionis: ut eam quæ est penes quantitatem, cum una sit uniuersalis, alia particularis & eam quæ est penes qualitatem, quoniam una affirmatiua altera negatiua: qua ratione fit, ut hæc maxima habeatur.

Contrarie uero uniuersalem affirmationem & uniuersalem negationem, ut omnis homo iustus est, nullus homo iustus est.

Com. 34.

Nunc describit contrarias, & uult quod contrarie sunt affirmatio & negatio uniuersalis eiusdem prædicati de eodem subiecto uniuersali, ut per exempla eius patet. Est autem hæc oppositio minor contradictione: quoniam secundum solam qualitatem habetur. est uero maior subcontrarietate: quoniam enuntiationes contrarie maxime distant, cum in una prædicatum de quolibet subiecto affirmetur, in altera de quolibet negetur: in subcontrarietate, distantia est per partes. Exemplum.



Sic igitur habes quatuor oppositiones. Maxima quidem omnium est contradictio cum quantitate & qualitate fit.

In secundo gradu, est contrarietas: cum sit oppositio secundum qualitatem secundum se totam.

In tertio gradu est subcontrarietas: nam est oppositio penes quantitatem, sed est secundum partes

Vltima & minima est subalternatio: quoniam est oppositio penes quantitatem, est erit oppositio penes qualitatem minor, quam illa penes qualitatem, quoniam in quantitate non est oppositio, ut dicitur in prædicamentis. Sed bene secundum qualitatem: hæc omnia ex dictis patent. Potest uero harum ratio sic sumi: quia enuntiationes diu possunt oppositæ, aut in quantitate solum, & hæc subalterne dicuntur, aut in qualitate solum, & hæc bisariam. aut enim in toto, & hæc contrarie sunt, ut non in toto sed in parte: & hæc subcontrarie habentur, aut in quantitate & qualitate: & sic habentur contradictorie. Ratio igitur harum sic haberi potest:

Quapropter hæc quidem simul veræ sint fieri nequit. iis uero oppositæ de eodem simul veræ sint contingit interdum, ut non omnis homo albus est, & est quidam homo albus.

Com. 35.

Quomodo enuntiationes oppositæ se habeant ad uerum & falsum: nunc declarat & secundum recentiores eadem quæ dicit, erunt leges enuntiationum oppositarum.

Prima itaque regula est, uniuersalis affirmatiua & uniuersalis negatiua non possunt esse simul ueræ.

prima lex.

Secunda regula subcontrarie ijs oppositæ possunt esse simul ueræ, inquit, quapropter hæc quidem simul ueræ sunt, fieri nequit. Hæc est prima regula, ijs uero oppositæ de eodem simul ueræ sint: contingit interdum, ut non omnis homo albus est, & est quidam homo albus. hæc est secunda regula.

2. lex.

Prima regula potest ex dictis sequi. probatum est enim eiusmodi enuntiationes esse contrarias. Contraria autem non possunt eidem competere, ut album, & nigrum, bene tamen ab eodem remoueri, qua ratione fit ut non possint esse simul ueræ: bene tamen ut suppleant iuniores loca simul falsæ, ut omne animal est homo, nullum animal est homo: ambe enim simul falsæ sunt.

Probatio prima.

Similiter omnis homo albus est, nullus homo albus est. Prima igitur regula loam habet proprietatem contrariorum.

Probatio prima.

Secunda uero ualet per primam. Si enim contrarie non possunt esse simul ueræ: subcontrarie non possunt esse simul falsæ, ubi enim hæc essent simul falsæ, cum hæc contradicant illis: illæ erunt simul ueræ per legem contradictoriarum: quæ dicit: si una est falsa, alia uera: quare si illæ ambe falsæ sint contrarie, quæ sunt illis contradictorie, erunt simul ueræ. & quia prima regula, sequitur ex dictis: & secunda ex prima inferitur: iure Aristoteles litteram hanc fecit illatam & quasi corollarium.

Probatio 2.

Quæcunque quidem igitur contradictiones uniuersalium sunt uniuersaliter, necesse est alteram ueram esse uel falsam: & quæcunque in singularibus sunt, ut est Socrates albus: non est Socrates albus.

Quæcunque quidem igitur contradictiones uniuersalium sunt uniuersaliter, necesse est alteram ueram esse uel falsam: & quæcunque in singularibus sunt, ut est Socrates albus: non est Socrates albus.

Regulas contradictoriarum nunc tradit: Prima est, contradictiones uniuersales non possunt esse simul ueræ. Prima lex in nec simul.

Com. 36.

Regulas contradictoriarum nunc tradit: Prima est, contradictiones uniuersales non possunt esse simul ueræ. Prima lex in nec simul.

contradict. 2. lex. nec simul falsæ: sed omnino necesse est alteram ueram esse alteram falsam. Secunda regula, contradictiones in singularibus similiter nec simul ueræ, nec simul falsæ esse possunt: sed necessario alteram ueram alteram falsam esse oportet. Harum regularum nulla assignari potest causa: quoniam est axioma siue dignitas, ut illa: impossibile est idem simul esse & non esse.

Cā. legum.

Quæcunque uero in uniuersalibus non uniuersaliter: non semper altera quidem uera est, altera autem falsa. Simul enim uerum est dicere: quoniam est homo albus, & quoniam non est homo albus: & est homo pulcher, & non est homo pulcher. Si enim turpis est, pulcher etiã non erit: nõ u' γινεται τ, & si fit, etiã non est.

Com. 37.

5. lex.

Quinta regula est in subcontrarijs indefinitis, uideat licet subcontrarie indefinitæ esse possunt simul ueræ, nunquam autem simul falsæ. Simul enim uerum est dicere: quoniam est homo albus, & quoniam non est homo albus & est homo pulcher, & non est homo pulcher.

Probatio.

Probat hæc sic: hæc stant simul, est homo pulcher, ut Italus est homo turpis, ut æthiops: sed turpis est non pulcher, igitur stabunt illæ simul, est homo pulcher, ut prope Italos: est homo non pulcher: pro turpi æthiopo.

Sorticolæ rû probatio

Amplius si a liquid fit album, non est album: igitur stant simul, homo albus est, pro eo qui iam factus est albus: homo non albus est, pro eo qui fit albus.

Sorticolæ probant regulam ex singularibus. hic uel ille est albus: igitur homo est albus: hic uel ille non est albus: igitur homo non est albus: quare hæc stabunt simul: homo est albus; homo non est albus.

Sed hoc alicui ilico absurdum esse uidebitur, propterea quod uidetur significare: non est homo albus, simul & quod, nullus homo albus est. At neq; idem significant, neq; simul sunt necessario ueræ.

Com. 38.

Sed obiæet statim aliquis contra dicta, quia hæc homo albus non est, et nullus homo albus est, idẽ significare uidentur? Respondet, quod neque idem significant, neque sunt simul necessario ueræ. Quod non idem significant patet: quia una uniuersaliter significat in toto, altera non uniuersaliter. Quod uero non sint necessario semper simul ueræ patet: quia stat hanc esse ueram, homo albus non est: illam uero falsam, nullus homo albus est. In quibus potest colligi regula sexta subalternarum, uidelicet quod si uniuersalis sit uera: semper sibi subalterna est uera. Contra autem, esse potest subalterna uera, & si alterna sit falsa.

Regula in subalternis sexta.

1. Dubi.

Sed aræ presentem lectionem soliti sumus dubitare. Primo, quia Aristoteles uult singulares oppositas esse contrarias, ut Socrates albus est, Socrates albus non est: quod falsum esse uideatur: quoniam sola qualitate opponuntur, igitur non contradictorie.

Secundo, quia tunc uni essent due contradictorie, ut

huic, est Socrates albus: contradicerent hæc, nullus homo albus est, & Socrates albus non est.

Solutio prima.

Tertio, quo modo differi indefinita, quæ ab Aristotele dicitur non uniuersalis, a particulari. Ad primam dicitur potest, quod in singularibus est uerum contradicere: quoniam contradictio est oppositio, cuius non est dare medium secundum se, ut patet intelligenti. Tunc dico in contradictione singularium sufficere oppositionem qualitatis tantum. Sufficit enim, quod quicquid una affirmat alia negat.

Solutio 2.

Ad secundum dico, quod prima contradictio est in singularibus, in alijs uero ratione singularium. Hæc enim contradicunt, omnis homo albus est: non omnis homo albus est: quia dicunt opposita circa unum singulare. Rea ducuntur enim ad unum punctum indiuiduum. Et ita concedo uni esse duo contradictoria non æque primo, huic enim Socrates albus est, prima contradictoria est, Socrates albus non est, secunda illa: nullus homo albus est, quæ ideo illi contradicit, quia dicit oppositum circa idem numero.

Solutio 3.

Ad tertium Ammonius prolixè loquitur: quæ breuius expositor noster & clarius collegit: ego tamen breuioribus utens, dico quod differt indefinita a particulari: quia subiectum indefinitæ est capax, omnis quantitatis & per se, subiectum particularis non nisi per accedens. Hæc enim est per accedens uniuersalis, omnis aliquis homo albus est. Secundo, quia subiectum particularis determinatum est ad certam quantitatis speciem, subiectum uero indefinitæ capax est omnis quantitatis. Propterea aoristica siue indefinita dicta est.

Patet autem, & quod una negatio unius affirmationis sit.

Com. 39.

Posuit Aristoteles plures oppositionis species, quibus uidebitur forsasse uni affirmationi plures negationes opponi: aut contra uni negationi plures affirmationes. Ad tollendum igitur cauillum hunc, occurrit obiter declarando uni affirmationi negationem unam: contra uero, negationi uni affirmationem unam opponi: Et hoc proponit dicens: patet autem, & quod una negatio unius affirmationis sit: contra uero, unius negationis quæ sit una affirmatio.

Idem nanque ut negatio neget oportet: quod affirmauit affirmatio ipsa, & ab eodem siue singulari sit illud, siue uniuersale quoddam, aut uniuersaliter aut non uniuersaliter sumptum. Dico autem, ut est Socrates albus, non est Socrates albus.

Com. 40.

Probat quod dixerat ratione primo, & syllogizat sic: Quicquid negat illud idem quod affirmatio affirmauit, est una negatio unius affirmationis: deinde scribit minorem dicens: idem namque ut negatio neget oportet quod affirmauit affirmatio ipsa: & ab eodem subiecto siue singulari sit illud subiectum, siue uniuersale quoddam; hoc autem uniuersaliter aut non uniuersaliter sumatur, erit igitur conclusio, quod uni affirmationi una est negatio opposita: cuius exemplum ponit, & patet.

Syllogis.

Cuij Quod si

Quod si quoddam aliud ab eodem negauerit, aut ab alio idem, non erit illi opposita, sed ab ea diuersa. Huic itaque omnis homo albus est, contradicit illa, non omnis homo albus est. Huic vero aliquis homo albus est: illa. nullus homo albus est: huic demum, est homo albus: illa, non est homo albus. Quod quidem igitur affirmatio vna negationi vni contradictorie opponatur: & quæ sint hæc, dictum est: & quod aliaæ contrariæ sint: & quæ sint istæ, dictum est: & quod non omnis vera vel falsa contradictio, & propter quid, & quando vera vel falsa, etiam dictum est.

Com. 4 1.

Dubitabis fortasse, si negatio prædicatum idem de subiecto alio neget ab eo, de quo idem prædicatum affirmatio affirmat, est illi contradictoria. uerbi causa. est Socrates albus, non est Plato albus, aut si neget aliud prædicatum de subiecto eodem, de quo affirmatio affirmat, ut dicitur, est Socrates albus, non est Socrates probus: sunt ne iste contradictories? Respondet dicens, quod si quoddam aliud prædicatum ab eo subiecto negauerit negatio ipsa, aut ab alio subiecto negauerit idem prædicatum, quod affirmatio affirmauerit: non erit illi opposita contradictorie: sed ab ea diuersa, quam iuniores loquuntur imperientem siue distarant. Hæ enim ut contradiciant, debent esse de consimilibus subiectis atque prædicatis. Deinde concludit multa exempla, & epilogat, & sermo patet translatione solum.

Dubitatio

Illud vero dubitatione dignum est, quia inter indefinitas uidetur ponere contradictionem, ut inter hæc, homo albus est, homo albus non est.

Solutio.

Hoc vero solus eas esse contradictorias, quoties subiectum sumitur pro eodem numero puncto. Pro diuersis autem suppositis sumendo, dicendum est ut supra.

Ea autem vna est affirmatio, eaque negatio vna, quæ vnum de uno significat, siue sit vniuersaliter vniuersale, siue non similiter. Veluti omnis homo albus est: non omnis homo albus est. ceteri homo albus, non est homo albus. nullus homo albus est, aliquis homo albus est: modo album vnum significet. Quod si duobus nomen est vnum positum: e quibus vnum non constat, non est vna affirmatio, neque vna negatio. Veluti si equo & homini quispiam nomen tunica imponerit: hæc oratio tunica est alba, non erit vna affirmatio, neque vna negatio.

Com. 4 2.

Conueniunt omnes uelle Aristotelem declarare quæ sit enuntiatio vna, quæque plures. Primo fortasse, ut Ammonius sentit, quia prædixit uni affirmationi negationem unam opponi: quæ ratione euenit, ut declarem quæ sit affirmatio vna, quæque negatio similiter vna. Secundo fortasse hoc declarat quia ambiguum est an vniuersalis enuntiatio vna sit, cum multitudinem amplectatur. Propterea conuenienter est uidere, an non illa vniuersalis enuntiationis multitudine sit unitas: quæ res declarabitur, si quæ sit vna

affirmatio, quæque vna explicatur. Tertio, ut Alexander ait, quia in oppositionibus omnibus necessaria est unitas enuntiationis, cum in æquiuocis non sit oppositio: ideo necesse est uidere, quæ sit enuntiatio vna, quæque plures. Inquit: ea autem vna est affirmatio eaque negatio vna, quæ vnum prædicatum de uno subiecto enuntians significat, siue tale subiectum sit vniuersaliter vniuersale, ut in vniuersali enuntiatione, siue non sit vniuersaliter vniuersale similiter, ut in cæteris non vniuersalibus. Cuius rei exempla ponit, quæ patet: addit tamen modo album vnum significat hoc ideo adiecit, quia expresserat per exempla in enuntiationibus unitis, semper subiectum debere esse vnum: ne itaque quis credat solam subiecti unitatem sufficere, adiecit modo album vnum significat: quæ ratione declaratur, quod ad unitatem enuntiationis necessaria est et subiecti et prædicati unitas. Ex quibus quæ enuntiatio non vna sit, subiungit dicens: quod si duobus nomen est vnum positum, e quibus vnum non constat: non est vna affirmatio: nec etiam vna negatio: ueluti si equo et homini quispiam nomen tunica imponerit. hæc oratio tunica est alba, non erit vna affirmatio: nec hæc alia: tunica non est alba, erit vna negatio. igitur enuntiation non vna est, aut quando vnum de pluribus, aut plura de uno, aut plura de pluribus etiam nominis unitate seruata enuntiat. Adiecit e quibus vnum non constat: quia si significata uocis sint plura: ex his tamen consistit vnum aut numero aut ratione: adhuc enuntiatio erit vna. hæc enim vna est: Socrates est homo, quanquam Socrates significet aggregatum quoddam pluripers. Similiter hæc est vna, omnis homo albus est, quanquam plures homines sub illius subiecto comprehendantur: quoniam ex illis resultat vnum secundum rationem.

Differt autem nihil hoc ab eo quod dicitur est ἀνθρώπος ἕκαστος ἵππος homo equus albus. hoc vero nihil differt ab eo quod dicitur: est homo albus: & est equus albus. quod si hæc plura significant, & sint plures: patet & primam aut plura aut nihil significare. Non est enim aliquis homo equus. quare nec in his necesse est alteram ueram: altera ἕκαστος ἵππος ἕκαστος falsam esse.

Syllogizat quæ exemplificauerat fere expositorie sic. homo est albus, equus est albus, plura significant, et sunt plures: hæc oratio, tunica est alba, et ille dicitur, equus albus est, homo albus est, igitur hæc oratio, tunica est alba, plura significat, & est plures. Inquit [differt autem nihil hoc] id est hæc oratio, tunica est alba ab eo quod dicitur est, homo equus albus, hoc uero nihil differt ab eo quod dicitur est homo albus, & est equus albus, hæc minoris uis. ad dit maiorem dicens, quod si hæc plura significant, & sint plures: patet & primam aut plura aut nihil significare: plura quidem si homo equus plura sunt: nihil uero, si equus sit homo, aut contra, homo equus: quod cum sit falsum, nihil erit. Propterea subdit non est enim aliquis homo equus, nec contra, aliquis equus homo. Ex his concludit propositæ distinctionis fructum dicens, quare nec in his, hoc est æquiuocis, necesse est alteram ueram, alteram falsam esse.

Animaduersione dignum primo, quod Aristoteles finxit exemplum: quoniam in exemplis naturalibus posset esse dubitatio inter opiniones, ut igitur nihil dubij relinquat iure finxit exemplum.

Com. 4 3.

relinquat iure finxit exemplum.

Secundo animaduersionem, quod finxit exemplum subiecti & non prædicati: inueniet interdum solam subiecti multipliciorem fieri æquiuocam enuntiationem.

Sed ambigere solitus sum primo: quia oratio hæc, tunica alba est, est plures inconiunctæ. illa, homo est albus, & equus est albus, sunt plures coniunctæ: igitur non sunt similes.

Amplius hæc oratio, tunica est alba, potest esse in uno sensu tantum: ut si tunica sumatur pro homine solo qui sit albus. Illa uero cum sit una copulatiua, ambas partes uult ueras esse.

Tertio dubitauit, utrum subiecto existente æquiuoco solum, semper oratio sit æquiuoca.

Ad prima duo dubia Aspasius, Alexander, Porphyrius & Ammonius, quos Boetius & expositor sectantur uolunt illud esse intelligendum, quo ad unitatem atque multipliciorem enuntiationis: non autem quoad ueritatem & falsitatem, ut rationis inuenit. Potest tamen melius ut mihi uidetur dici, quod illæ duæ orationes homo albus est, & equus albus est, debent legi inconiunctæ.

Nam illa partialis [est] quæ Græcæ est ἕκαστος, non copulatiua, sed ut sermonis continuatiua legi debet: & tunc dubitationes nulle erunt.

Ad tertium autem in metaphysicæ. 4. comment. secundo. uelle uidentur, quod si subiectum sit æquiuocum, prædicatum uero uniuocum, potest oratio interdum esse uniuoca, interdum æquiuoca: uniuoca quidem, quando prædicatum sit accidens: ueluti hæc, canis pulcher est. Interdum uero æquiuoca, quoties prædicatum sit substantia, ut canis animal est. Res hæc an uera sit, in sophistiis omittatur, quæ cum non sit multum ad propositum. Hæc Auertoris solutio sufficit.

In his quidem igitur quæ sunt, & in his quæ fuerunt, necesse est affirmationem aut negationem ueram vel falsam esse. In vniuersalibus quidem & ut vniuersaliter semper alteram quidem ueram, alteram autem falsam necesse est esse, etiam in singularibus, ut dictum est. In vniuersalibus autem μὴ καθόλου λέγεσθαι non vniuersaliter, non necesse est, dictum autem est de his.

Com. 4 4.

An textus iste sit noui capituli initium, ut expositori nostro placet, uel sit finis præcedentis ut illius epilogus & glosa, ut Boetio uidetur, arte ambiguum est: sed quoniam siue sic siue sic ueritas eadē est, uidetur mihi quod Aristoteles enuntiationum talem inueniat distinctionem, quod quædam est de presenti, quædam de præterito, quædam uero de futuro. & quælibet harum est uniuersalis aut singularis: & uniuersalis etiam alia est uniuersaliter, alia non uniuersaliter. Tunc uult, quod leges dicte superius etiam habent locum in his quæ sunt de præterito, & in his quæ sunt de futuro. In his enim prima contradictionis lex siue in singularibus sit, siue in uniuersalibus uniuersaliter, semper locum habet: quoniam altera contradictionis pars uera, altera falsa est. Rursus et in his secundæ lex subcontrariarum uniuersalium non uniuersaliter etiam locum habet: quoniam esse possunt ambæ ueræ, nunquam autem simul falsæ. Alias credebam Aristotelis hanc enuntiationum diuisionem esse, per inesse, & necessario inesse, & contingenter inesse: uidetur enim enun-

tatio de presenti oratio de inesse, cum sit contingens posita in actu. Enuntiatio uero de præterito, esse uidetur necessaria, cum necessarium sit id quod semper fuit. Quæ uero de futuro est, uidetur contingens, cum sit de inesse non posita in actu. Res hæc satis colorata uidetur: uerum an sit ita uelne, dubium est. Aristoteles enim non habet oculum nisi ad enuntiationum tempora de materijs uero ipsarum in secundo huius explicabit, ideo nunc sit dictum in tantum.

In singularibus uero atque futuris non est similiter. Nam si omnis affirmatio uel negatio uera est aut falsa, & omne necesse est esse aut non esse.

Com. 4 5.

Proponit disputare de lege contradictoriarum singularium de futuro: ubi animaduersione dignum, quod enuntiationes uniuersales de futuro, simili lege inueniunt: sicut uniuersales de presenti uel præterito. In his enim quæ contradiciunt in uniuersalibus uniuersaliter, necessario altera est uera, altera falsa. ut omnis homo erit albus, non omnis homo erit albus. In uniuersalibus uero non uniuersaliter possunt esse simul ueræ: non autem simul falsæ. ut homo erit albus, homo non erit albus. Restat igitur sola dubitatio in singularibus contradictorijs de futuro: utrum de necessitate altera pars sit determinate uera, altera determinate falsa. ut Achilles bellum geret, Achilles bellum non geret, inquit Aristoteles. In singularibus uero atque futuris non est similiter altera pars determinate uera, altera determinate falsa. Sunt qui ipsi textui uolum esse addendum uerbum [contingentibus] ut sit sensus. in singularibus uero atque futuris & contingentibus non est similiter, altera pars uera determinate altera falsa: addunt [in contingentibus] quia illud non ualet in necessarijs: determinatur enim aut sol exorietur, aut non exorietur. Sed hæc additio non est necessaria: quoniam Aristoteles futurum ubiq; appellat id quod non est, & potest esse & non esse: uel autem est contingens. Hæc enim homo curret, infert hæc, contingit hominem currere: igitur illa additio nulla est: cum satis per uerba eius habeatur. Ad hoc probandum Aristoteles facit enthimema dicens, nam si omnis affirmatio uel negatio in his uera est aut falsa: & pro igitur, omne necesse est esse aut non esse, hoc est, necesse est alteram partem esse determinate ueram, alteram determinate falsam. hoc est enthimema, e quo infertur deinceps: omne aut esse necesse est necesse non esse: & ita erunt duæ nature tantum, necesse esse, et impossibile esse, & non negabitur natura contingens. Propterea ara enthimema istud, non parum laborandum erit.

Si enim hic quidem dixerit aliquid fore, alius autem illud idem non fore dixerit: alter iporum necessario uerum dicat perpicuum est. Si omnis affirmatio uel negatio uera est aut falsa: καὶ τὸ τοῦτο In talibus enim simul ueræ ambæ non erunt.

Credit expositor Aristotelem deducere enthimema: motus fortasse propter illam particulam [enim] quæ uidetur reddere causam eius quod dixit. Mihi autem non placet quoniam ea quæ nunc dicit, nec remote, nec propinque esse possunt

Com. 4 6.

se possunt præmissæ conclusionis enthimematis videtur igitur mihi, quod Aristoteles cum dederit enthimemata: nunc ut illius enthimematis mutat ad casum & exemplum, ut habeatur quod dixerat clarius: & syllogismus componatur sic. Omnis affirmatio est aut vera aut falsa. omnis qui dicit aliquid fore vel non fore affirmat vel negat. igitur omnis qui dicit aliquid fore vel non fore, dicit verum vel falsum. de ratione primo tangit minorem in exemplo, & inquit. Si enim aliquis dixerit aliquid fore. Alius autem illud idem non fore dixerit: hæc minor quasi incompleta, cui addit conclusionem dicens. alter ipsorum necessario verum dicit perspicuum est. & quia hæc est una hypothetia, quæ potest reduci in syllogismum: subscribit maiorem dicens. [Si omnis affirmatio vel negatio vera est aut falsa.] Vult igitur ex hoc habere maiorem talem. omnis affirmatio vel negatio vera vel falsa est. cui addas: sed omnis qui dicit aliquid fore vel non fore affirmat vel negat. igitur omnis qui dicit aliquid fore vel non fore, dicit verum vel falsum: probat maiorem dicens. In talibus enim simul ambæ veræ non erunt: eæ quo pacto Aristoteles dictum enthimema resumpsit sub forma syllogistica: & per exemplum & casum ut clarius esset.

Nam si verum est dicere hoc album aut non album esse, necesse est album aut non album esse: & si est album vel non album, verum erit affirmare vel negare: & si non est, mentitur: atque si mentitur, non est. Quare necesse est semper affirmationem aut negationem veram esse vel falsam.

Com. 47.

Cauiabit fortasse quispiam maiorem: quoniam affirmari potest aliquid, & non esse ita in re verum sicut affirmatur. Nam mathematica ponunt casus affirmando illos qui non sunt: ut dicunt, trahatur linea a centro ad cælum. ubi affirmatur lineam esse tractam: non tamen est verum ipsam esse in re tractam: & ita non omnis affirmatio vel negatio est vera aut falsa, cum non omnis sit ita in re vel non ita. Cauiillum hunc refellit dicens. nam si verum est dicere hoc album, aut non album esse, necesse est album aut non album esse: & conuertitur. videlicet, quod si est album vel non album, verum erit affirmare vel negare. Similiter quo ad falsitatem, & inquit [& si non est verum, album esse mentitur] si dicitur album esse: & si mentitur, per hoc quod dicit illud esse, id non est.

Ex his concludit maiorem ipsam dicens, quare necesse est semper affirmationem aut negationem veram esse vel falsam: & ita habetur maioris veritas, & cauiilli confutatio.

Nihil ergo aut est aut fit a fortuna, neque quicquam ad vtrumque contingens, neque erit aut non erit quicquam: sed omnia necessario euenient, nihilque ad vtrumque contingens: nam aut is dicit verum qui affirmat, aut is qui negat. Similiter enim fieret aut non fieret. vtrumlibet enim non magis sic vel non sic se habet aut habebit.

Com. 48.

Nunc ultimo in se et inconueniens sequens ad syllogis-

num dictum: ubi debes scire, quod contingens est quoddam rarenter, quoddam plerumque quod dicitur natum, quoddam ad vtrumque: tunc intendit declarare, quod nulla erit natura præter necessariam: si conclusio syllogismi vera sit, & inquit. [Nihil ergo aut est aut fit a fortuna] & ita tollitur contingens raro. [neque quicquam ad vtrumque contingens] & ita tollitur contingens quod appellat infimum. [Neque erit aut non erit quicquam] & ita tollitur contingens plerumque siue natum, quod est aut ad esse aut ad non esse magis limitatum.

Sed omnia necessario euenient, nihilque ad vtrumque contingens erit: repetit quasi causam: unde hæc sequuntur dicens. nam aut is dicit verum qui affirmat, aut is qui negat, hoc est qui oppositum dixit: & ita similiter necessario alterum fieret vel non fieret, quare & demitur natura de inesse: quia vtrumlibet non magis sic vel non sic se habet de inesse vel se habebit, de necessitate alterum est: & ita tollitur materia contingentium, & materia de inesse, & omnia erunt necessaria, aut necessario euenientia. Hæc sunt impossibilia sequentia ad conclusionem.

Adhuc autem si quid nunc est album, verum erat dicere prius, quod erit album: quare semper verum erat dicere quodlibet eorum quæ facta sunt, quod est aut erit. Si autem semper verum erat dicere, quod est aut erit, non poterit illud non esse, aut non fore. At id quod non potest non fieri, impossibile est non fieri. Quod autem impossibile est non fieri, necesse est fieri: vniuersa ergo futura necesse est fieri: nullum ergo est ad vtrumque contingens: neque a fortuna quicquam erit: nam si a fortuna, non ex necessitate.

Et grecæ & latini conueniunt, quod Aristoteles ad questionem propositam nunc ponat secundam rationem. Sed huic expositioni non assentio: quoniam neque verba Aristotelis, nec series illi conuenit: ideo videtur mihi & cum Aristoteles argumentatus sit ad questionem in singularibus de futuris probando, quod in illis non est altera pars contradictionis determinate vera: nunc disputat in singularibus de presenti, probans quod nec in istis altera contradictionis pars sit determinate vera, altera determinate falsa, & arguit sic, cuiuslibet propositioni de presenti correspondet aliqua de futuro: igitur si in singularibus de presenti altera contradictionis pars sit determinate vera, altera determinate falsa, ut quod Plato sit albus determinate, aut non albus: tunc in singularibus de futuro ips correspondentibus altera contradictionis pars erit determinate vera, altera determinate falsa: & ita fuit altera illarum vera. Plato erit albus vel non erit albus. fuit altera illarum determinate vera, igitur semper fuit vera. Si semper vera fuit, non poterat non fore: non poterat non fore, igitur non poterat non fieri: quod non potest non fieri, impossibile est non fieri: quia non potest esse, æquiualeat huic impossibile esse: & non potest non esse, huic impossibile non esse: quod autem impossibile est non fieri, necesse est fieri per regulam æquipollentiarum. & ita vniuersa futura necessario erunt, inquit. [Adhuc autem si quid

Contingens
3. acceptio-
nes.

Com. 49.

si quid

si quid] nunc de presenti est album, ut Plato vel Callias: verum erat dicere prius, quod erit album: & ita vult auilbet de presenti correspondisse aliquam de futuro: quare semper ante tempus præfens verum erat dicere quodlibet eorum quæ facta sunt, quod est aut erit, patet quia omne futurum antequam sit præfens, semper est futurum: & ita antequam hæc sit vera. Plato est albus, cum sit determinate vera per te, ab æterno fuit future veritatis: ultra arguit, si semper verum erat dicere, quod est aut erit: non poterit illud non esse aut non fore: quia semper fore æquiualeat ad impossibile vel non possibile non fore: & ita ad impossibile vel non possibile non fieri: ultra ad id quod non potest non fieri: impossibile est non fieri: quia non possibile & impossibile æquiualeat ultra, quod autem impossibile est non fieri: necesse est fieri ab æquiualeat ad æquiualeantem. Negatio enim postposita facit æqui pollere suo contrario. Ex ijs infert. vniuersa ergo futura necesse est fieri. Cum enim quilibet singularis de presenti sit determinate vera aut falsa: & auilbet de presenti correspondet una de futuro: quilibet de futuro erit determinate vera aut falsa, & ita vniuersa futura necessario fieri: tunc dat impossibile sequens ad hæc dicens. Nullum ergo est ad vtrumque contingens, neque a fortuna quicquam erit, quoniam si a fortuna aliquid erit non omnia ex necessitate erunt. Sic igitur si in singularibus de presenti altera contradictionis pars esset determinate vera, omnia ut prius euenirent necessario, ut per enthimemata a primo ad vltimum patet.

At vero neque dicere potest aliquis neutrum esse verum: ut neque fore, neque non fore. Primo nanque cum affirmatio falsa erit, negatio vera non erit: & cum hæc sit falsa, contingit affirmationem non veram esse.

Com. 50.

Megaria negarunt potentiam, & omne possibile concedentes solum actum & presentiam: & ita isti dicebant neutrum futurorum esse verum, cum nullum sit futurum possibile esse præfens. Hos igitur Aristoteles refellit inferens affirmationem & negationem in his esse simul falsas simpliciter: quod pro nunc relinquit tanquam impossibile, & inquit. At vero neque dicere potest aliquis neutrum esse verum, ut Megaria opinantur negantes potentiam & possibilita atque futura: dicentes nihil neque fore neque non fore. Primo nanque cum affirmatio falsa erit apud illos, negatio vera non erit, et ita ambæ simul falsæ, & cum hæc, hoc est negatio, sit falsa, contingit affirmationem non veram esse: & ita ambæ simul falsæ, contra naturam contradictionis.

Com. 51.

Secundo contra eosdem arguit sic. si in futuris singularibus ambæ contradictionis partes simul sunt falsæ, igitur de presenti aliquando erunt simul falsæ, tenet consequen-

tia per locum a contrario: quoniam si aliqua de futuro sunt simul vera, etiam de presenti oportet aliquando esse simul vera, etiam si aliqua sunt de futuro simul falsa, oportet ut de presenti aliquando sint simul falsa. Et tota ratio fundatur in hac maxima. cuiuslibet propositioni de futuro tali correspondebit una de presenti talis, ut si de futuro vera, correspondebit aliquando aliqua de presenti vera. si falsa, est & falsa, quare si de futuro apud Megarios utraque falsæ sunt, aliquando de presenti utraque falsæ erunt, inquit. Ad hæc etiam, si quia verum erit dicere aliquid simul esse album & magnum, oportet utrumque esse de presenti, etiam si erit verum cras, oportet esse cras: & si non erit verum cras, non erit cras: & ita cuiuslibet de futuro tali correspondebit una de presenti talis: ex hoc sequitur, quod non erit contingens ad vtrumque: quia omne tale est de futuro, ut nauale bellum non erit contingens ad vtrumque: quia ex quo de futuro ambæ partes sunt falsæ, oportet de presenti ambas falsas esse, & ita negabitur omne contingens ad vtrumque.

Dubitatio.

Sed dubitant: quoniam hæc est vera de futuro. album erit nigrum: & tamen hæc. album est nigrum, nunquam est vel erit de presenti vera. Quicquid uelint inuenire, dico, quod hæc est de futuro vera. album erit nigrum pro subiecto cui accidit albedo, ut patet per resolutorium syllogismum: ideo sibi non correspondebit illa de presenti album est nigrum, sed hæc hoc est nigrum, quæ ali-

Responsio

Maxima.

quando de presenti est vera. Ex regula Aristotelis et modo probandi colligitur hæc maxima. propositionem de esse falsam, conuertit cum sua contradictoria. & si falsum est dicere, Socrates est: sequitur igitur Socrates non est: si falsa est hæc propositio Plato est albus, sequitur igitur Plato non est albus.

Ea igitur absurda quæ contingunt, hæc sunt, & itiusmodi cætera. Siquidem necesse est cuiuslibet affirmationis atque negationis inuicem oppositarum tam in vniuersalibus vniuersaliter quam in singularibus: alteram quidem esse veram, alteram autem falsam esse, ut quod in his quæ sunt, nihil sit ad vtrumque. Sed de necessitate sunt aut fiant cuncta: & ita nec consultare opus erit, nec res agendas aggredi: veluti si hoc quidem fecerimus, eueniet hoc. Si vero illud non fecerimus, non eueniet hoc.

Com. 52.

Quicquid uelint expositores, Aristoteles (ut mihi videtur) epilogat absurda dicta addens alia. Absurda quidem sunt quod nihil fiat contingenter ad vtrumque, & quod cuncta necessario eueniant. ea quæ addit, duo sunt etiam ut quod frustra sit consultatio, & quod frustra sit aggredi res agendas: sicut consiliarij agunt, qui hoc modo agunt dicentes, si hoc agimus ut si munitiones arabibus committimus, eueniet hoc. si vero non facimus illud, non eueniet hoc, id est non conseruabuntur arces.

Animaduersione dignum consultationes esse, partim a natura, partim ab arte. natura quidem quoniam homines inter animalia soli sunt consultiu. Animalium uero ceterorum nullum: arte uero quia disciplina euadimus boni & mali consultores: tunc ex hoc arguitur, quod est a natura non est

non est frustra consultare (ut diximus) est a natura, igitur non frustra: et ita non erunt omnia necessaria. dicere enim consultationem non esse frustra, et euenire omnia necessaria est implicare contradictionem.

Prohibet enim nihil etiam in annos vsque mille: hoc quidem fore aliquem dicere. illud vero non fore alium dicere. igitur necessario eueniet alterum eorum, quod tunc dicere uerum erat.

Com. 53.

Videtur mihi quod repetit absurda: et primo casu posito quoddam aliquis affirmet aliquid uenturum fore ad mille annos, alius dicat illud non uenturum: et syllogismus componitur sic. In singularibus contingentibus affirmatio uel negatio est determinate uera necessario. Sed dicere aliquid uenturum ad mille annos, aliquid non uenturum est affirmare et negare in singularibus contingentibus. igitur de necessitate alterum eorum eueniet, quod tunc dicere uerum erat. De ratione tangit minorem dicens, prohibet enim nihil etiam in annos usque mille: hoc quidem fore aliquem dicere. illud uero non fore alium dicere. Dat conclusionem dicens. igitur necessario eueniet eorum alterum: quod tunc dicere uerum erat, quod unum dictorum absurdorum. Hec ratio deducta est a casu posito.

Etiam nihil refert, si qui dixerint contradictionem ipsam, aut non dixerint. patet enim ita res ipsas se habere: si non alter quicquam affirmauerit alter negauerit: non enim quia affirmatio aut negatio dicta est, res ipsa erit, aut non erit, neque magis si in annos vsque mille, quam quantouis tempore: quare si in omni tempore sic se habeat, ut alterum fore uerum dicatur, necesse erat hoc fieri, & unum quodque eorum quæ fiunt, sic semper se habere ut necessario fieret: nam si uere quis dixit aliquid fore, fieri non poterit ut non eueniat: & si euenierit, semper ante uerum erat dicere ipsum fore.

Com. 54.

Eadem absurda deducit non supposito casu: accipit tamen duas suppositiones. Prima, quod nihil differt quo ad rerum aut existentiam, aut euentum: si unus affirmet aliquid fore, aliter negat illud fore. quia propter nostrum affirmare uel negare non mutatur rerum cursus, ita ut sit aliquid uel non sit. Secunda suppositio, non differt quo ad rerum euentum earum quæ nunc aguntur: utrum fuerint affirmate uel negatæ ante annos mille uel aliud quantum uis tempus: hoc est, quicquid uenturum est in aliquo tempore futuro ut cras et determinat, in omni differentia temporis præteriti est determinate uenturum pro cras: et non differt ut sit magis uenturum pro mille ante annis, uel pro maiori tempore, et hoc inquit. neque differt rerum euentus magis si in annos usque mille ante fuerit affirmatus aut negatus, quam quantouis tempore. eadem enim uidetur ratio si annis mille ante fuerit affirmatus aut negatus, et si tantum solum ante. Ha sunt due suppositiones: tunc arguit, quare si omni tempore præterito sic se habeat contradictio ut alterum fore uerum dicatur per se, qui

ponis in his alteram contradictionis partem esse determinate ueram, necesse erat hoc fieri: et unumquodque eorum quæ fiunt sic se habere semper, ut necessario fieret: quoniam ipsum fieri semper et in omni differentia temporis præteriti erat uerum. Deducit consequentiam dicens, nam per se si uere quis dixit aliquid fore: fieri non poterit ut illud non eueniat. contra etiam est euenierit, semper ante uerum erat dicere ipsum fore.

Est igitur uis rationis in omni differentia temporis præteriti erat uera altera pars contradictionis, et uerum dicere alterum fore: igitur necessario erit. Nam si non necessario erit: non semper fore in omni differentia temporis præteriti uerum fuisse, uel catheteria: sic omne determinate uenturum in aliquo tempore futuro, quod est determinate uenturum, ante pro omni differentia temporis præteriti, de necessitate eueniet, siue quis affirmet aut neget illud euenire hæc patet ex secunda suppositione. Sed omne uenturum per aduersarios est determinate uenturum ante in omni differentia temporis præteriti. igitur necessario eueniet. et ita patet idem absurdum sequi posito casu siue non posito casu.

Et si ταῦτα ἀδύνατα Si itaque hæc absurda sunt: illa impossibilia sunt: uideamus enim futurorum principium esse, tum ab eo quod consultamus, tum ab eo quod agimus.

Ea quæ dixerat, declarat esse impossibilia. et primo proponit hoc, et inquit. [si inique] subaudiui in greco absurda sunt, illa etiam subaudiui impossibilia sunt. et hoc probat primo in singularibus contingentibus sic. et omnia quorum nos ipsi domini et principia ex toto sumus, sunt contingentia. tangit minorem dicens, uideamus enim futurorum principium esse, tum ab eo quod consultamus, tum ab eo quod agimus. igitur extrema contradictionis sunt in singularibus futuris penitus contingentia ad utrumque. Animaduersione dignum, quod in nobis sunt tres actionum species. altera quæ spectat penitus ad eam animum parum quæ dicitur uiuifica, ab alijs uegetatiua, ut nutritio, auctio, et generatio: et hæc pro maiori parte sunt necessariae: et nutritio, et auctio, siue immutatio, quicquid sit generatio quæ non fit in nobis. Alia quæ spectat ad animam sensibilem, ut appetitus, sensus, et motus: et hæc etiam pro pluribus partibus sunt necessariae ut sensus: cum enim tangimur necessario sentimus: et fortasse appetitus, licet possint ratione moderari: Quæ uero spectant ad rationalem partem: hæc sunt penitus animæ rationali et nobis subditæ: et harum domini sumus omnino: et de his Aristoteles loquitur.

Et cum in his quæ non semper actu sunt, sit omnino aliquid possibile esse & non esse. Similiter in his in quibus ambo & esse & non esse contingunt: fit etiam ut in illis sint fieri & non fieri.

Secundo idem persuadet in uniuersalibus de futuro, ubi debes scire quod rerum quædam sunt quæ omnino non semper actu sunt, sed frequenter: ut effectus naturales. Quædam

Ratio nis uis

Com. 55.

Actionū genera

Com. 56.

Quædam

Quædam quæ equaliter sunt et non sunt, uel rarer sunt, ut fortuita. Ideo accipit, quod tam in primis rebus quam in secundis est possibile esse et possibile non esse: et infert, quod propter hoc oportet ut in illis utriusque sit possibile fieri et non fieri: et syllogismus est. Ea in quibus est possibile esse et non esse, est possibile fieri et non fieri, hæc est maior. dat minorem dicens: et cum in his quæ non semper actu sunt, sit omnino aliquid possibile esse et non esse: ut sunt res naturales, quæ plerumque sunt. Similiter in his in quibus ambo et esse et non esse contingunt, ut fortuita: hæc est minor. dat conclusionem dicens: fit etiam ut in illis sint fieri et non fieri: et ita contingentia quæ describitur per possibile fieri et non fieri: Hæc est ratio Aristoteles.

Plura etiam nobis perspicua sunt sic se habere: ueluti uestimentum hoc scindi potest & non scindi, sed prius conteretur. Potest etiam similiter non scindi: non enim posset ipsum prius contereri, nisi potuisset non incidi, Quare & in alijs rebus futuris idem erit: quæ cunq; secundum talem dicuntur potentiam.

Com. 57.

Hic ponitur tertia ratio per exemplum: et potest componi sic syllogismo ex posteriori: hoc uidelicet. Vestim inadi est contingens, hoc est, aliquid futurorum: igitur aliquid entium futurorum non necessario eueniet. igitur ab æquiualete, non omnia futura necessario euenient. Aut fore arguit exemplo per simile iudicium sic. usum inadi est contingens: igitur in alijs futuris similiter inquit. Plura etiam perspicua sunt sic se habere, ut potest uestimentum hoc scindi potest, et non scindetur: sed prius per tempora conteretur, igitur scindi potest, etsi non scindetur. Similiter potest etiam non scindi: non enim posset ipsum prius pro tempore post contereri, nisi posset non scindi: igitur potest scindi, quia non conteretur: et non scindi, quia conteretur, et ita scindi et non scindi. Quare ut in hoc uno, ita etiam in alijs futuris erit idem, quæcūq; secundum talem dicuntur potentiam. eæ quo modo syllogismus est ab uno exemplo simili ad cætera. Facit enim hoc exemplum in confirmatione propter hebes quos exempla forasse magis mouet quæ rationes etiam demonstratiuæ.

Perspicuum ergo non omnia necessario aut esse aut fieri: sed alia quidem esse ad utrumlibet contingentia, de quibus non magis affirmatio quam negatio erit uera uel falsa. Alia uero talia esse ut ipsorum magis atque frequentius alterum eueniat: modo quidem alterum fieri contingat, alterum uero minus.

Com. 58.

Ex his rationibus concludit conclusionem, et inquit. perspicuum ergo non omnia necessario aut esse aut fieri. hæc conclusio uerum declarat quot modis esse poterit contingentia: et enumerat duo contingentium genera: est enim quoddam contingens æquale siue infinitum, quod potest equaliter esse et non esse, ut moueri Socratem. Est et contingens naturæ, quod si est aptum magis et frequentius euenire, dicitur contingens naturæ frequenter aut plerumque, ut anescere in senectute. Si uero minus aptum euenire, dicitur contingens raram: et hæc est conclusio textus. De his dicemus in 2.

inquit. Sed alia quidem esse ad utrumlibet contingentia, de quibus non magis affirmatio quam negatio erit uera uel falsa. Alia uero talia esse, ut ipsorum magis et frequentius alterum fieri contingat, alterum minus: et iste sunt species contingentia. Per hæc habetur solutio ad questionem primam apalem: quærebat enim utrum in propositionibus singularibus de futuro altera pars contradictionis sit determinate uera, altera determinate falsa. Solutio est, g. in necessarijs de futuro altera est determinate uera, altera determinate falsa. Quoniam sol orietur necessario et determinate, uel non orietur. Similiter sol existens in Leone necessario et determinate ahsuabit, aut non ahsuabit. Itaq; sol existens in Capricorno determinate hyenabit aut non hyenabit. In illis uero quæ de futuro sunt contingentia, licet neutra contradictionis pars sit determinate uera, neutra determinate falsa: tamen in illis de futuro contingenti plerumque altera pars contradictionis est magis apta euenire quam altera, ut licet neutra harum determinate eueniet, homo i senectute anescet, aut non anescet. Illa contradictionis pars, uidelicet anescet, frequenter et aptius eueniet. In his uero quæ de contingentia sunt equaliter, licet altera eueniet, neutra tamen determinate aut eueniet, aut frequenter uel aptius. Hæc est solutio dubitationis. similis solutio esse potest in contingentibus de presenti. nam propositiones de futuro equipotent: aut inferunt, similes de presenti cum modo contingentia: ut cras erit nauale bellum: igitur contingit nauale bellum, et se uel nauale bellum erit aut nauale bellum non erit, igitur contingit nauale bellum esse uel non esse. Et quicquid dicitur in illis de futuro, uult esse intelligendum in his de presenti in materia contingentia. Hæc Aristoteles de questione.

Solutio uis us qonit: et primo qd.

Solutio.

Id igitur quidem quod est quando est, necesse est esse. & id quod non est quando non est necesse est non esse: non tamen aut omnne quod est, esse necesse est: aut omnne quod non est: non esse necesse est. Non enim id est, omnne quod est necessario esse cum est. & simpliciter necessario esse. Et de eo quod non est simili modo.

Cum Aristoteles terminauerit illam questionem: an in futuris contingentibus altera pars contradictionis sit determinate uera, altera determinate falsa, solum quo ad partem negatiuum uidelicet: quod non propter impossibilia enarrata nunc uult declarare, an in illis sit aliquo modo necessaria.

Et primo proponit, quot modis dicitur necessariū, siue necessaria ueritas: et uult quod necessariū bifariam dicitur simpliciter uidelicet et ex suppositione siue conditioe. Simpliciter quidem necessariū est, ut solē oriri, aut ipsam reddi in Capricornum. Ex suppositione uero necessariū id esse quando est: aut id non esse quando non est, ut Socrates currit quando uerit. aut Socrates non disputat quando non disputat. Hoc enim est necessariū non absolute, sed ex suppositione, inquit. ita igitur quidē quod est quando est, necesse est esse. Ut Socrates quando currit, necessario currit. Et id quod non est, quando non est, necesse se est non esse, ut Socrates non disputat, quando non disputat. Et locutus est per terminos transcidentes, ut eandem sermo sit uniuersalior, et omnibus conueniens.

Com. 59.

Necessariū dicitur dupliciter.

Hoc est

[Absq̄ autem uerbo nullā est affirmatio atq; negatio illa.]
 Insuper ne quis credat illud solum de uerbo presenti esse intelligendum: ad cetera tempora animaduertens inquit. Ipsum enim est de presenti, aut erat siue fuit de prae-
 terito, aut erit de futuro, aut sit in contingentibus atq; alia id genus uerba similia temporum, aut personarum ex numero sunt eorum quae dicta sunt in libro. 1. esse necessaria enuntiationi. Quia dixerat enuntiationes fieri ex nomine & uerbo & ex anonymo & uerbo uicant: quis inter has sit ordo in oppositionibus subscribit, & inquit. quare (ut uno uerbo utar) enuntiationes de uerbo & nomine priores sunt eis, quae sunt de anonymo & uerbo uicante. Sunt enim ille simpliciores: haec uero per additionem dicta. Et quae dicit patet. Debes scire quod subiecti aut exempla in particularibus & singularibus. In particularibus quidem: quoniam haec cum indefinitis comadunt in uirtute. In singularibus uero, quoniam per quantitates non uariatur. Rursus praetermisit exempla in enuntiationibus de praedicatis nominibus uel anonymis, & de subiectis & praedicatis simul nominibus & anonymis, quia iudicium est idem. Amplius exempla tacuit ceterorum temporum: quia ut inquit ipse, ratio eadem est in omnibus.

Ambigunt expositores quanta sit indefinita de subiecto aoristato siue indefinito, ut non homo est. Antiqui peripatetici opinabantur illam & ceteras id genus, uniuersales esse affirmaciones. Quorum erat potissima ratio: quia contraria contrarios effectus derelinquunt aera idem. Sed finitudo nomini finito addita: ut in illa. homo est. ponit pro aero constitutoque supposito determinationem. igitur in finitudo nomini addita derelinquet infinita supposita. Aristoteles autem in exemplo presentis textus contrarium sentit, ut aperte patet. ideo secundum Philoponum in prioribus dicit potest, quod relinquere infinita potest esse sub indifferentia, uel (ut fortiscole dicitur) sub disjunctione, & hoc modo non facit ad uniuersalitatem. Alio modo sub illatione ut fortiscole aiunt, sub copulatione: & hoc modo ad uniuersalitatem facit. Primo modo infinitudo illa in nomine ipso aoristato relinquatur. Et non secundo modo: & ita non uniuersalem sed indefinitam adhuc illa enuntiationum detinet.

Particula
 tertia.



Vum autem ipsum est tertium adiacens praedicatur, dupliciter iam oppositiones dicuntur. Dico autem, ut est iustus homo, ipsum est tertium adiacere dico nomen aut uerbum in affirmatione.

DOCUIT multiplicare enuntiationes de secundo adiacenti solum per unam oppositionem: nunc docet multiplicare enuntiationes de tertio. Exponit tamen primo, quid sit propositio siue enuntiatio de tertio, quam Auerroes trinitariam uocat, & inquit. Cum autem ipsum est tertium adiacens praedicatur, dupliciter iam oppositiones dicuntur, hoc est, duae esse possunt oppositiones, altera quidem penes uerbi affirmationem & negationem, altera penes praedicati similitudinem & infinitudinem. Exponit quod

Com. 7.

dixerat per exemplum, & inquit. Dico autem, ut est iustus homo. ipsum est tertium adiacere dico nomen, id est, tertiam dictionem, aut uerbum, ut est secundum ueritatem.

Debes scire primo, quod in enuntiationibus de secundo adiacente, attenditur una oppositio penes uerbi affirmationem & negationem, ut est homo, non est homo. Haec enim una oppositio opponitur, uidelicet qualitate uerbi. In enuntiationibus uero de tertio, possunt fieri duae oppositiones: una penes uerbi qualitatem, altera penes praedicati similitudinem & infinitudinem, unde in his est iustus homo, non est non iustus homo, duae oppositiones sunt, una ad ipsum uerbum, altera ad praedicatum.

Secundo debes scire, quod ipsum est adiacet tertium nomen, aut uerbum in enuntiatione: quoniam potest accipi ut dictio: & tunc ipsum est, ut dictio tertia adiacet: potest accipi ut uerbum, & est secundum ueritatem: & ipsum est, tertium uerbum uidetur dicere.

Tertio debes scire, quod more graeco semper ponitur uerbum primo loco, deinde praedicatum, deinde subiectum, ut est iustus homo: uerbum, est ipsum est: praedicatum, ipsum iustus, subiectum uero, ipsum homo. Hoc autem graecum faciunt, quia praecipuum praedicatum est uerbum, ideo primo in loco statuunt, praedicatum est ante subiectum, ideo secundo loco. Alij melius etiam dicunt quod ipsum est, primo ponitur loco, quia est capax omnis determinationis. Secundo ponitur praedicatum, quod est minus uerbo determinationis capax, & magis ipso subiecto. ultimo subiectum tanquam summe determinatum.

Quare ob id ipsum quatuor erunt haec illa.

Concludit enuntiationum multiplicationem, & inquit. Quare ob id ipsum quatuor erunt haec. Nam cum sint duae oppositiones, quae libet oppositio ad minus duas requirit. igitur si primae erunt duae, haec erunt quatuor.

Sed dicit, quid demonstrat illud uerbum illa, cum ait, quatuor erunt illa. Videtur enim quod non sunt nisi duae, nam haec duae sunt, est iustus homo, non est non iustus homo: quae tamen duplici opponuntur oppositione: igitur non quae tunc opponuntur duplici oppositione, sunt quatuor.

Secundo dicit, quod erunt sex, duae oppositiones uerbi, duae oppositiones subiecti per finitum & infinitum, duae oppositiones praedicati similiter. ut est iustus homo, non est iustus homo. item oppositioni subiecti, ut est iustus homo, non est iustus non homo. oppositione uero praedicati, ut est iustus homo, non est non iustus homo. Ad primam dicit potest, quod illud uerbum illa siue haec, demonstrat quatuor enuntiationes, quae seorsum opponuntur: ut illa est iustus homo, non est iustus homo, est non iustus homo, non est non iustus homo. Ad secundam dico, quod Aristoteles non habet considerationem ad subiectum, sed solum ad praedicatum uidelicet, formale quod est uerbum est, & materiale quod est oppositum uerbi ideo multiplicauit quatuor tantum.

Harum quidem duae ad affirmationem & negationem se habent secundum consequentiam, ut priuationes. Aliae uero minime.

Circa expositionem huius loci non parua extiterit

Com. 5.

expositiones apud graecos. Aliter enim huic loam Ammonius, aliter Herminius, aliter Porphyrius intelligunt: Ego uero faaliorem sensum colligens, non aliter exponam hunc loam quam sese Aristoteles interpretatur in fine primi priorum. Primo igitur debes scire, quod terminorum quidam opponuntur priuatiue ut iustum iniustum, & quale inaequale, probum improbum, doctum indoctum, & id genus. In his quatuor per oppositionem eriguntur enuntiationes. Prima est affirmatiua recta, est aequale huic negatio recta est illa, non est aequale. Tertia est affirmatio transposita, est inaequale. huic opposita negatio est illa, non est inaequale.

Figura priuationum.

Est aequale Est inaequale

Non est inaequale. Non est aequale.

In his est talis ordo, ut negatio recta ad affirmationem transpositam sequatur, nam ad esse inaequale sequitur non esse aequale. Et negatio transposita ad affirmationem rectam, similiter sequitur: ut ad esse aequale sequatur non esse inaequale. Sic igitur harum quatuor negationes sequuntur: Affirmationes uero minime. Vltimus debes scire, quod etiam sunt termini qui opponuntur infinitiue, ut iustum non iustum, aequale non aequale, bonum & non bonum: & id genus. In his etiam quatuor aliae sunt similes priuationibus. affirmatio quidem recta est, ut est iustum, huic negatio opposita erit, non est iustum. Affirmatio transposita est non iustum. huic negatio opposita erit, non est non iustum.

Figura infinite oppositarum.

Est iustum. Est non iustum.

Non est iustum. Non est non iustum.

Harum quidem negationes sequuntur ad affirmationes, ut dictum est in priuationibus, modo transposito: uidelicet, ad affirmationem rectam sequitur negatio transposita, ut est iustum, igitur non est non iustum. Et ad affirmationem transpositam negatio recta sequitur: ut est non iustum, igitur non est iustum, contra uero, minime, inquit,

Harum quatuor, quae dictae sunt, duae ad affirmationem & negationem se habent secundum constantiam, ut priuationes, hoc est, illarum quatuor infinitiue oppositarum, duae sequuntur ut negationes ad affirmationes modo transposito ut diximus in his quae priuatione opponuntur, duae uero ut affirmationes, minime sequuntur ad negationes: quae admodum nec in priuatione oppositis. Quasi uelit dicere quod ad affirmationem rectam se habet ita negatio transposita, ut sequatur illa. Ad negationem uero rectam affirmatio transposita ita se habet, ut antecadat: & non sequatur.

Hic notant iuniores quatuor regulas, quas in prioribus diximus, & dicimus passim. prima: ex affirmatione recta sequitur negatio transposita, hoc est, ex affirmatione de praedicato finito, sequitur negatio de praedicato infinito, ut est aequale, igitur non est non aequale.

Secunda ex affirmatione transposita sequitur negatio recta, ut est non aequale, igitur non est aequale.

Tertia ex negatione recta non sequitur affirmatio transposita nisi cum subiecti constantia, quia non ualet, non est bonum, igitur est non bonum.

Nam centaurus non est bonum, quia tantum falso dicitur non est bonum. Vltima: ex negatione transposita non sequitur affirmatio simplex recta, quia non ualet non est non bonum: igitur est bonum. Nam centaurus non est non bonum, quia tantum falso fertur, centaurus est bonus nisi subiecto constante. Haec regulae fundantur in contradictione, etiam ad ipsas non est instare, ideo sunt optima.

Dico autem ipsum est, aut iusto, aut non iusto adiacere: quare etiam negatio. Igitur quatuor erunt.

Possit auillator dicere Aristoteli quod haec est affirmatio: est iustum, cuius negatio erit, est non iustum, & ita non erunt quatuor, cum non differant, est non iustum, & non est iustum. Respondet dico autem ipsum est in illis amababab: aut iusto adiacere, & inde facere affirmationem hanc est iustum. Aut adiacere non iusto, & ita etiam facere affirmationem transpositam hanc, est non iustum. Nam utrobique ipsum est, affirmatum manet. Propterea concludit, quare etiam negatio. i. uerbum negatum, subaudi, potest adiacere uerbo utriusque illarum: adiacendo primo, fiet haec, non est iustum, quae negatio dicitur recta. Adiacendo secundo, fiet illa, non est non iustum. Igitur erunt quatuor, ut dictum est uidelicet: affirmatio & negatio rectae siue simpliciter. Affirmatio & negatio transpositae siue per additionem dictae.

Intelligamus autem id quod dicitur, ex his quae hic subscribuntur. Est iustus homo. huius negatio, non est iustus homo. Est non iustus homo. huius negatio, non est non iustus homo. Hic enim ipsum est: & item ipsum non est iusto & non iusto adiacet. Haec igitur sic posita sunt ut in resolutionibus dictum est.

Est iustus homo. Est non iustus homo.

Non est non iustus homo. Non est iustus homo.

D iij Quod

Regulae

Secunda


Tertia

Quarta

Com. 6.


Quod uerbum est adiacet iusto et non iusto per exemplum declarat: ubi patet ipsum est adiacere iusto, in hac est iustus homo. et non iusto in illa: est non iustus homo. Itemque et ipsum non est, similiter adiacere iusto in illa non est iustus homo. Et adiacere non iusto, in illa: non est non iustus homo. Quae ratio docet illis esse quatuor, et non duas tantum. Sic igitur patet, quod habendo rationem ad praedictum tantum, possumus habere rationem ad praedictum formale solum, ut in binarijs: et ita erunt duae oppositae penes affirmationem et negationem uerbi. Habendo uero rationem ad praedictum formale hoc est uerbum, et ad praedictum materiale hoc est appositum, erunt quatuor: duae simplices oppositae penes uerbi affirmationem et negationem, quae rectae a peripateticis nonnullis appellantur. Duae compositae, penes utrumque praedictum oppositae, quae transpositae dicuntur. Haec de multiplicatione particularium, et de ordine earum inter se habemus ab Aristotele.

Similiter autem sese habebit, si nomen uniuersaliter sit affirmatio. Veluti omnis est homo iustus. Negatio huius: non omnis est homo iustus. Omnis est homo non iustus: non omnis est homo non iustus.



Com. 8.

Haec de multiplicatione non uniuersalium, et de illarum oppositione atque concordantia. Nunc de multiplicatione uniuersalium uult loqui. Boetius uir magnus forsitan auctoritate Alexandri, aut Porphyrij quos in parte plurimum sectatur, uidetur intelligere per affirmationem et negationem nominis uniuersaliter simplices et transpositas penes praedicta tam contrarie, quam contradictorie oppositas.



Expositio Boetij.

Haec enim apud Boetium se habent similiter ut dictum est in prima figura. Nam negatiue sequuntur affirmatiue modo declarato in quibus possumus formari quatuor regule, ut in non uniuersalibus dictum est. Haec expositio non placet: quoniam coneradiat exemplo Aristotelis. Amplius haec essent sex, ille fuerunt quatuor. Propterea melius cum Hermينو philosopho sento, quod Aristoteles per affirmationem et negationem nominis uniuersaliter uult contradictrorias penes qualitatem et quantitatem: ut sunt. omnis homo est iustus huic opposita. non omnis homo est iustus. omnis homo est non iustus. non omnis homo est non iustus. et tunc haec numero quatuor erunt: et quo ad concordantiam etiam similes sunt illis non uniuersalibus.

Debes scire, quod etiam has multiplicauit solum penes praedictum subiecto semper existente, ut in primis non uniuersalibus, finito.

Verum quae per diametrum opponuntur, non contingit similiter ueras esse simul. Sed contingit quandoque,

Nunc differentiam tangit inter non uniuersales et uniuersales. Sed laborauerunt ueteres, quod Aristoteles per angulares intelligat, quod graecum est κατὰ διαμέτρον. i. per diametrum oppositae: quos non possum non uariari. cum tantum laborauerint, cum res ipsa sit cognitiua facilis.

Ideo debes scire, quod per diametrum oppositas uult ea quae opponuntur qualitate praedicatorum sola. Et sic haec per diametrum opponuntur, omnis homo est iustus, omnis homo est non iustus. Aliae diametrae sunt, non omnis homo est iustus. non omnis homo est non iustus. inquit. Verum quae per diametrum opponuntur, non contingit similiter esse simul ueras tam superiores quam inferiores, ut erat in non uniuersalibus: ubi tam diametrae superiores quam diametrae inferiores erant simul uerae. Sed contingit quandoque. i. sed contingit solum in aliquibus, ut potest in diametris inferioribus: haec enim stant simul, non omnis homo est non iustus: et non omnis homo est iustus. Nam prima ualeat hanc, aliquis homo non est non iustus. Secunda ualeat illam: aliquis homo non est iustus: modo haec stant simul. Nam prima uerificatur pro socrate iusto. Secunda pro Phalaride impio. Propter quod illud uerbum graecum τωτέ, quod latine est aliquando, siue quandoque, siue interdum, hic sumitur pro aliquibus. Haec uidetur expositio Herminij etiam.

De propositionibus ex infinitis subiectis.



Ac quidem igitur duae inter se opponuntur. Aliae uero duae sunt, cum non homo modo tanquam subiectum quoddam accipitur. Ut est iustus non homo: non est iustus non homo. est non iustus non homo: non est non iustus non homo. atque plures his oppositiones non erunt. Haec uero seorsum ab illis: ipsae per se ipsas erunt: modo non homo tanquam nomine utantur.

Confutatio. Ex ostio Hermi.

Com. 9.

Differentia enuntiationum.

Non homo est iustus. Non homo est non iustus. Non homo non est non iustus. Non homo non est iustus.

non ualet omnis homo. ualet omnis non homo. non ualet omnis non homo.

Omnis homo ualet. Omnis non homo ualet.

Omnis non homo non ualet. Omnis homo non ualet.

Com 10.

TERTIO docet multiplicare enuntiationes de tercio adiacente penes subiecti infinitudinem. Vnde haec a primis non differunt nisi quod in illis semper subiectum finitum seruabatur, in his autem semper infinitum. De uerbo uero et praedicto uerbi agendum est ut in primis. Epilogat igitur et inquit. Haec igitur duae inter se opponuntur, hoc est, duae esse oppositiones semper subiecto existente finito patet. aliae uero duae sunt, subaudi, subiecto semper existente infinito, quarum exempla in figura ponit, et sermo patet. Tunc quasi epilogando, et ponendo differentiam inter has, ubi semper subiecti infinitudo seruatur: et illis ubi subiecti finitudo semper aduertat, inquit. Atque plures istas oppositiones non erunt: quoniam duae in primis seruatae finitae subiecti: duae in his seruatae infinitudine. Differunt autem haec ab illis: quia haec seorsum sunt ab illis, quia semper in his seruatur subiecti infinitudo, illis uero finitudo. Et propterea haec sunt aliae ab illis differentia subiectorum: et erunt haec inter se ita quo ad consequentiam et oppositionem ut prima modo non homo tanquam nomine siue subiecto utantur, hoc est diminuto semper subiecti seruetur infinitudo. Et dixit tanquam nomine, quia nomen infinitum non est nomen, sed uiam nominis tenet.

Debes scire, quod haec sunt disparate a primis. primo, differentia subiectorum, ut dixi: secundo, quia negationes harum non sequuntur affirmationes illarum: propterea se habent inter se ea oppositione, eo ordine, quibus et primo se habebat. Et ut multiplicauit enuntiationes non uniuersales: ita potest et uniuersales multiplicare, quarum exemplum est.

Omnis non homo est iustus. Omnis non homo est non iustus.

Non omnis non homo est non iustus. Non omnis non homo est iustus.

Haec sunt quae Aristoteles dixit de multiplicatione enuntiationum ubi uerbum ipsum est, praedictatur aut secundum aut tertium adiacens.

Quibus uero non accommodatur ipsum est, ut cum haec ponuntur, ualet, & ambulat. In his idem facit hoc modo positum, ac si ipsum est adderetur. ut ualet omnis homo:

Animaduersio circa iteram.

Expositio aliquorum.

Confutatio.

Docet multiplicare enuntiationes de uerbo ipso est. Nunc docet multiplicare illas in quibus non ipsum est ponitur: sed cetera uerba adiectiua, ut in quibus ponuntur haec uerba, ambulat et ualet. et inquit. Quibus uero non accommodatur ipsum est, ut cum haec ponuntur, ualet et ambulat. In his idem facit hoc modo positum, ac si ipsum est adderetur, ut per exempla ostendit.

Debes scire, quod in his uariatio est penes subiecti finitudinem et infinitudinem: quia, ut dicitur, penes ipsum uerbum obseruari non potest. Rursus licet in his duae oppositiones fiant, quatuor quoque enuntiationes quemadmodum in illis: non tamen simili modo haec se habent secundum ordinem et consequentiam. Nam negatiue superpositae non sequuntur affirmationes simplices. Non enim sequitur, omnis homo ualet: igitur omnis non homo ualet: quia contradictorium consequentis, aliquis non homo ualet, statim antea dicitur: potest enim ualere equus aliquis non homo. Nec sequitur omnis non homo ualet, igitur omnis homo non ualet. Potest enim antea dicitur esse uerum, et consequens falsum. et ita haec se habent simili modo cum, illis quo ad multiplicationem atque oppositionem, non autem quo ad ordinem et consequentiam.

Sunt qui dicant quod Aristoteles comparat has ubi adiectiua uerba ponitur enuntiationibus, ubi ipsum est secundum adiacens praedictatur: et tunc sensus est apud eos, quibus uerbo non accommodatur ipsum est, ut cum haec ponuntur, ualet et ambulat. In his idem facit hoc modo positum: ac si ipsum est adderetur. Et ita uolunt enuntiationes tales esse ueluti illas ubi ipsum est secundum adiacens praedictatur: quo uidelicet ad enuntiationum numerum, oppositiones et consequentias. Et ita iste sermo non trinarijs: sed binarijs similis est.

Haec expositio uerilis est et frivola. Aristoteles enim cepit de trinarijs loqui, ut nunc redeat ad binarias transgressio esset. Propterea malo errare cum Ammonio, qui uerum comparatum facit non ad binarias: sed ad proxime dictas. Haec enim, homo ambulat, homo non ambulat, non binariae apud graecos habentur, sed trinarie. erit igitur comparatio solum quo ad numerum et oppositiones, quo uero ad ordinem minime. Erit etiam dissimilitudo: quia his in enuntiationibus subiecti attenditur uariatio: in illis se ceteris, ut dictum est. De multiplicatione uero omnium insinuat perquirere doctissimum Syriacum Philoxenum, quae

qui subtili ratione omnes collegit, atq; in numerum & normam redegit.

Non enim dicendum est non omnis homo, sed & huic & illi & aliis & aliis & aliis ipsum non ipsi termino homo addendum est. Ipsum enim omnis non vniuersale significat, sed quoniam vniuersaliter: quod quidem ex his patet. valet homo. non valet homo. valet non homo. non valet non homo. Hæc enim ab illis differunt: ex eo quia non sunt vniuersaliter. Quare ipsum omnis aut ipsum nullus nihil aliud significant quam nominis vniuersaliter affirmationem aut negationem. igitur cætera id genus addi oportet.

Comp. 12.

Circa dicta fortasse ambiget iunior: utrum negationis nota, videlicet ipsum non, sit addenda ad ipsum omnis, an ad ipsum homo. Si debeat enuntiatio reddi infinita siue de subiecto aoristato. Et fortasse arguetur quod sic, vniuersale potest aoristari infinitariq; sed ipsum omnis siue ipsum nullus sunt vniuersalia. igitur possunt infinitari. Et ita illis addenda erit negationis nota. Respondet, quod si enuntiatio debeat reddi aoristata siue de subiecto infinito, negatio nis nota non ad ipsum omnis addenda est, sed ad ipsum homo, inquit. Non enim dicendum est non omnis homo. si enuntiatio, videlicet, ipsa aoristata fieri debeat, sed ipsum non ipsi termino homo addendum est: & tunc erit enuntiatio aoristata de subiecto infinito. Ad cuiusmodi respondet, quod ipsum omnis, non est vniuersale, sed vniuersaliter significat, siue est vniuersalis prædicationis nota. Et tunc minor cauilla falsa erit, inquit. Ipsum enim omnis, non vniuersale significat, sed quoniam vniuersaliter significat, estq; vniuersalis prædicationis nota. Et hoc declarat exemplis, & inquit, quod quidem ex his patet. valet homo: non valet homo. ubi ambe sunt simplices, ob ipsum terminum homo, non valet non homo: valet non homo. quæ sunt aoristatæ, quia terminus homo aoristatus existit in illis. hæc enim ab illis differunt ex eo, quia non sunt vniuersaliter, & per consequens ut in his aoristatio penes terminum homo habeatur: ita in vniuersalibus vniuersaliter. ideo infert. Quare ipsum omnis aut ipsum nullus, nihil aliud significat quam nominis vniuersaliter affirmationem aut negationem. igitur cætera his similia id genus addi oportet cum his duobus, & diare de illis ut de his, quod aoristari non possunt. Sed circa hæc dubitant, an uerbum in oratione aoristari siue infinitari possit. Quidam Græcorum expositorum dixerunt uerbum aoristari posse in oratione. Primo, quia tunc non possit aoristari participium, cum nihil aliud sit participium quam uerbum resolutum siue deriuatum, ut Auerroes dixit in paraphrase primi huius. Secundo, si uerbum est et finitum & infinitum, ubi in oratione non aoristaretur, frustra dicitur infinitum. Tertio, Plato in quodam dialogo uolens probare, quod sensus non attingit ueritatis notionem sic syllogizat. Sensus non contingit rationem substantiæ, quod non contingit rationem substantiæ, nec ipsius ueritatis notionem contingit. Sensus igitur ueritatis non contingit notionem. modo uidetur ex negatiuis omnibus syllogismi factis, hoc

1. Dubitatio

1. positio.

autem fieri non potest, nisi uerbum aut participium infinitum. Alexander Aphrodisius propter hæc tenet uerbum aoristari non posse in oratione inno semper aoristatio uerbi in illius participium redundat. Causa huius atulit: quia uerbum unionem extremorum de proprio significato habet: talis autem unio aoristari non potest. Ideo si uerbum adiectiuum aoristatur, id propter participium fit, in quo res soluitur. Tunc patet solutio. Ad primum enim patet uerbum ea parte qua synathegorema est aoristi non posse, sed qua cum participio conuenit: & ita consequentia nulla est. Ad secundum diu potest uerbum non ea ratione qua synathegorema aoristatur, sed ea parte qua in participium redundat. Et hoc modo in oratione poni potest ut in syllogismo Platonis patet. Ad syllogismum Platonis patet solutio: accipit enim uerbum non contingit pro participio, id est, non contingens est. Secundo querunt an synathegoremata possint aoristari? Sorticole nonnulli tenere persuadent, quod possunt aoristari. Primo, omne finitum potest aoristari, synathegorema est ens finitum, cum non sit res infinita. igitur potest aoristari. Secundo, signum quam finitum potest reddi infinitum: modo synathegorema est signum termini finiti uniuersale aut particularare. Tertio, quod prædicatur de ente et non ente uidetur aoristatum: modo iste terminus non omnino prædicatur de ente & non ente. Hæc est enim uera, hypochondriacus est non omnis, & hæc similiter, equus est non omnis. Et ita uolunt propter hæc argumenta eiusmodi synathegoremata posse aoristari. Hæc positio sic nude reata expressit Aristoteli contradiat. Verum potest trahi in bonum, nam synathegorema, ut omnis, nullus, & id genus, potest capi materialiter pro seipso in hunc & sibi conuulsi in scripto aut in mente, ut sorticole tradunt. Et hoc modo non synathegorema, sed terminus significatiuus dicitur. & hac ratione possunt talia aoristari, ut ultimum argumentum concludit: quia de ente & non ente prædicari potest. Alio modo sumi potest pure synathegorematia: & sic non est ens, sed entis uniuersaliter aut particulariter sumpti nota. Et ita patet ipsum ut sic non posse aoristari: sed bene est nota aut aoristati, aut finiti termini.

2. Dubi.

Confutatio. Responsio propria.


Quid colligunt Sortico.

Tunc ad primum patet solutio. nam hæc synathegoremata synathegorematia: accepta non sunt entia, sed entium signa. Ad secundum, maior est falsa: quoniam signum est non est terminus, sed termini signum. Tertium uero est solutum. Sorticole colligunt ex regulis Aristotelis ab enuntiatione, ubi uerbum tertium adiaat, sequi enuntiationem de secundo. Nam Aristoteles uult quod ex negatiua non sequatur affirmatiua. Et hoc quia affirmatio ponit subiectum esse. Propterea non ualet, animal non est iustum: igitur est non iustum. Nam prima non ponit animal esse. Secunda uero ponit rem hanc persuadent. Primo, quia subiectum debet sumi siue supponere secundum uim uerbi modo in hac animal est non iustum, uis uerbi est presentia & affirmata. igitur animal pro presentibus & affirmatis supponi debet. Secundo, hæc consequentia ualet, animal est iustum: igitur animal est. quia si non, dicitur oppositum: tunc non est animal: ultra, non est animal: igitur animal non est ens. ab æquivalenti ad æquivalentem: animal non est ens: igitur animal non est iustum, a superiori ad inferius: & ita ex opposito consequentis, sequitur oppositum antecedentis: & per consequens illa consequentia bona erat, animal est iustum, igitur animal est. Rem hanc ad tempus transmittimus: sumus

sumus

sumus enim de ea non semel dicturi.


Cum autem huic affirmationi, omne animal est iustum, ea negatio contraria sit, quæ nullum animal esse iustum significat. Hæc quidem quod neque ueræ simul, neque in eodem sint perspicuum est. His uero oppositæ sunt interdum, ut non omne animal est iustum, & aliquod animal est iustum



Com. 13.

Aristoteles uult repetere regulas contradictoriarum: ideo antequam eas resumat, repetit quæ in primo dicta sunt de enuntiationibus, quomodo se habent ad uerum & falsum: & dicit duo, primum, quod contraria non possunt esse simul ueræ. inquit. Cum autem huic affirmationi, omne animal est iustum, ea negatio contraria sit, quæ nullum animal esse iustum significat: hæc quidem quod neque ueræ simul, neque in eodem sint, perspicuum est: hoc est primum his uero oppositæ ut subcontraria (quæ oppositæ dicuntur, quia illis contradicunt ex transuerso, aut quia quantitate disparate sunt) sum interuallum simul ueræ, ut per exempla patet. Quod uero ad græca uerba atinet, dixit [ὅτι τὸ ἀλλόθες ἔνα. i. neque ueræ simul] nam pro diuersis temporibus esse possunt ueræ. Hæc enim a uero seculo uera erat, omnis homo iustus est: nostris uero temporibus, hæc contraria illi est uera, nullus homo est iustus. dixit [ὅτι τὸ ἴσον τὸ αὐτὸ. i. neque in eodem] quia respectu diuersorum suppositorum esse possunt ueræ simul, ut hæc omne animal est rationale, ut animal sumatur pro hominibus, nullum animal est rationale, pro equis sumptum: subcontraria autem possunt esse in eodem tempore simul ueræ: non tamen in eodem: hæc enim in eodem, quoddam animal est iustum, quoddam animal non est iustum, uim habent contradictio nis si pro Socrate animal utrobique accipiatur.

Sequuntur autem etiam hæc, eandem quidem que est: omnis homo est non iustus, illa quæ est nullus homo est iustus. hanc uero quæ est, non omnis homo est non iustus. ea quæ est illi opposita, aliquis homo est iustus: necesse est enim aliquem esse



Nunc ponit Aristoteles duas regulas. Prima est, ab affirmatiua uniuersali de prædicato infinito sequitur negatiua de prædicato finito: inquit. Sequuntur autem etiam hæc, eam quidem quæ est, omnis homo est non iustus, illa quæ est, nullus homo est iustus. Secunda regula, a negatiua non uniuersali de prædicato infinito, sequitur affirmatiua non uniuersalis de prædicato finito, subiecto constante et aliquo necessaria uero existente, inquit. Non omnis homo est non iustus, sequitur ea quæ est illi opposita, uidelicet negationi uniuersali de prædicato finito, aliquis homo est iustus: & quia hoc uidetur contra dicta, ubi dictum est, ex negatione non sequi affirmationem: addit, necesse est enim aliquem esse, quasi dicat hanc regulam ualere, quoniam subiectum negatiuæ necessario est aliquid.

Com. 14.

Multa hic iuniores componunt, & omnia proficiuntur ex malis translationibus, quas habebant. Unde laudare eorum, qui uult uirum græcum commentari, literarum græcarum prius debere discere regulas: aliter non semel in pueriles gerras incidet, atque in deliras imaginationes. Debes scire quod Boetius aliter legi liuam. ipse enim uult secundam regulam esse ex particulari affirmatione de prædicato finito, sequi negationem de prædicato infinito. Fortasse in coadua suo græco sic scribebatur. Ego autem in meo inueni ad uerbum ut transtulit, & credo meum esse ueriores, aliter uerbum illud [necesse est enim aliquem esse.] ad nihil adderetur.

Com. 14.

Quid Boc.

Perspicuum etiam in singularibus, si uerum est interrogatum negare: affirmare etiam uerum esse, ut putas ne Socrates sapiens est? non. Socrates ergo non sapiens. In uniuersalibus autem non est uera, quæ similiter dicitur, sed negatio est uera. ceu, putas ne omnis homo sapiens est? non. Omnis ergo homo non sapiens. Hoc enim falsum est: sed non ergo omnis homo sapiens, uera est: est autem hæc opposita: illa contraria.

Com. 15.

Volens Aristoteles dare differetiam inter singulares & uniuersales, quo ad negationum transpositionem, eam nanq; asatur ex differentia interrogatiuum dialecticarum, & inquit duas regulas. Prima ex negatiua præposita, sequitur negatiua transposita in singularibus, inquit. Perspicuum est etiam in singularibus, si uerum est interrogatum siue inter-

rogatum

et homo non est iustus, non homo non est non iustus. Vna enim harum ad aliam non sequitur, nec alteri repugnat, tunc iuxta haec tolluntur obiectiones. Prima quidem, quia non sunt in ceteris similes, cum prima sit particularis et secunda uniuersalis: et ita non arguitur per regulam. Ad secundam contra idem respondetur eodem modo. Prima enim non erat de praedicatione infinito, sed debeat esse haec. Socrates est non potius pugare, ideo ualeat, non potest pugare. Ad aliam contra secundam regulam iam Aristoteles primo priorum, in fine respondit quod album et non album non sunt contradictoria, sed bene esse album uel non esse album: et ita in proposito dico, quod illa non sunt contradictoria, nisi intellecto uerbo am termino. Ad alias contra tertiam eodem modo soluntur. Dico enim ad primam, quod ualeat tenendo uerbum illud dominus eodem modo: erat enim dominus ad a, et respectu ipsius a, etiam non est non dominus. Quamquam fortiole dicant regulam tenere in absolutis, quod non puto esse necessariū: diximus enim regulam ualere ceteris omnibus sumptis eodem modo. Ad secundam dicitur regulam Aristotelis uereri in enuntiationibus de praesentibus, sed hoc est friuolum: non enim essent uniuersales, ut oēs Graeci uolunt. Propterea melius est dicendum, quod omnia cetera et uerbum debet sumi eodem modo, et pro eodem praesente tempore. Propterea debet sic argui, senex fuit puer: igitur senex non fuit non puer pro eo tempore quo fuit puer. Diximus enim regulam esse ueras ceteris similibus solariatione facta penes praedicationem finitudinem. Ad tertiam dico, quod non arguitur per regulam, debet enim argui, Socrates uidet equum: igitur Socrates non est non uidens equum. Ad ultimam, solutio patet ex dictis ad rationem contra secundam regulam. Haec de isto capitulo satis.

At uero unum de multis, aut multa de uno affirmare & negare, nisi unum quod sit id quod ex pluribus illis significatur: non est affirmatio neque negatio una.

Com. 19.

Cum Aristoteles uelit nunc de ordine siue consequentia enuntiationum, in quibus praedictatur unum de pluribus aut plura de uno, hoc est, quomodo ualeat a diuisis ad coniuncta, et a coniunctis ad diuisa. Resumit rursus, quae sit negatio uel affirmatio una: quae nam plures siue non una, quae longius in primo huius absoluit. Multiplicari itaque possunt enuntiationes, ut diximus in primo, auctoritate Ammonij hunc in modum: nam aut in enuntiatione unum praedictatur de uno, aut unum de pluribus, aut multa de multis, aut multa de uno. Siquidem unum de uno, aut uniuocum de uniuoco, ut homo est animal, aut uniuocum de equiuoco, ut canis est albus: ite aut equiuocum de equiuoco: ut acutus est acutus: aut equiuocum de uniuoco, ut animal est canis. Simili modo, si unum de multis, aut unum uniuocum de multis, ut homo bipes est animal, aut equiuocum de multis, ut animal laetrabile est canis. Iterum si multa de multis, erit aut multa coniuncta de multis coniunctis, ut homo rationalis est animal mortalitatis. ambo enim definitione coniunguntur, siue homo et bipes et crispus est animal et sensibile et discipulino capax. Haec enim ambo copula coniunguntur et alijs modis: aut coniuncta de abiunctis, ut homo bipes est animal album: aut abiuncta de abiunctis, ut homo crispus amicus est, animal iustum beneuolunt. Simili modo, si multa de uno, aut enim multa de uniuoco, aut multa de equiuoco.

Multiplicatio enuntiationum penes plura et unum.

Possunt etiam multis alijs modis multiplicari, hi sufficiant. Aristoteles igitur talem communem constituit regulam: quando praedictatur multa de uno, aut unum de multis, nisi illa multa sint aliquo modo unum, aut coniunctione, aut subiecto, aut descriptione, aut definitione, enuntiatio non una erit. Haec est regula communis.

Atque unum dico, non si nomen unum sit positum: non sit autem quid unum ex illis ceu homo est fortitan & aial, & bipes, & mansuetus, sed ex iis unum sit. Ex albo uero & homine & ambulante non unum est. Propterea si quis unum quid de his affirmet, non una erit affirmatio, sed vox quidem una. Affirmationes uero plures, nec si de uino haec, sed similiter multae.

Com. 20.

Exponit nunc Aristoteles quid uelit per unum, et inquit. Atque unum dico, non si nomen unum sit positum, ueluti est equiuocum, quod est una uox pluribus abiunctis imposita. Propterea subdit, non sit autem quid unum ex illis, uel de definitione aut subiecto: et exponit per exemplum, quod sit ex multis unum esse. et inquit, ceu homo est fortitan et animal et bipes et mansuetum, sed ex iis unum sit, aut copulatio, ut placet Porphyrio: aut definitione, ut uidetur Auerro in paraphrase. Quid uero sit ex multis non esse unum, subscribit dicens. Ex albo uero, et homine, et ambulante, non unum est definitione uel copulatione, si dematur copula. Propterea concludit si quis unum quid de his affirmet, non una erit affirmatio, licet uox quidam una, affirmationes uero plures: nec si quis haec de uno affirmauerit affirmatio una erit: sed similiter multae. Sic igitur patet, quid sit unum, quid uel ex multis unum esse, et quid ex multis non unum esse.

Sed dubitatur, quia Aristoteles ait, quod si quis affirmet de illis unum, affirmationes erunt plures. Queritur, quomodo modo hoc sit. Auerroes in praesenti paraphrase uidetur dicere, quod sit una ueluti equiuoca. Sed contra, quia enuntiatio ubi terminus equiuocus aut subiicitur aut praedictatur facit paralogismum. Sed haec enuntiatio non facit illum. Secundo, omnis enuntiatio equiuoca est distinguenda, sed haec non distinguitur.

Tertio, ex iis sit saltem unum in subiecto non sicut ex equiuocis. In uerbis Auerrois apparet solutio: sub scribit enim, similiter est dispositio in enuntiatione in qua tum affirmantur intentiones multae uni subiecto per nomina diuersa, quasi dicit, quod quantum ad hoc uidetur esse similitudo cum equiuoca enuntiatione: quia in hac multi sunt significatus, uel ex parte subiecti aut praedictati: sed quo ad alia non, ut recte cogunt rationes.

Si igitur interrogatio dialectica responsionis est postulatio, aut propositio, aut alterius partis contradictionis. Propositio uero contradictionis unius est pars. non erit ad haec una sane responsio, Nam nec interrogatio una est. et si etiam uera sit. Sed de his in topicis dicitur.

Esculanus

Com. 21.
Expositio
allorum.
Confutatio.

Esculanus et alij multum uolunt Aristoteli probare id quod paulo ante dixerat: et sic syllogismum faciunt textum. Sed haec expositio friuola est. primo, quia Aristoteles assumpsisset ignotus ad declarationem ignoti. Quod enim hic sumit in topicis declaratur, ut ipsemet ait. Modo ea quae dicitur in topicis, sunt posteriora nota: cum hic liber sit prius, ut Ammonius et Porphyrius, et ceteri dixerunt. Antipylus non consonat textui: et enim in graecis sensu et uerbis illatius, ut intelligenti uerba graeca et nostras translationes patet. Videtur itaque mihi textum esse illatum: infert enim duo, quorum primum est, quod plurimum non est una responsio, atque multiplicis minima. Syllogizatur autem (ut mihi uidetur) sic: quorum non est una interrogatio, eorum non est una responsio, plurimum non est una interrogatio: igitur plurimum non est una responsio.

Expō. prop

Ad huius syllogismum primo sumit unum antecedens copulatum, ex quo uult habere probationem minoris, et inquit. Si igitur interrogatio dialectica responsionis est postulatio, aut propositio, aut alterius partis contradictionis petitio. Propositio uero contradictionis est pars. Ex iis uult habere probationem minoris: quae potest ad syllogismum sic resolui, quorum non est una propositio aut postulatio, eorum non est una interrogatio, per nunc dicta. horum plurimum non est propositio aut postulatio: igitur nec una interrogatio: et ita minor patet. Tunc infert conclusionem, et inquit. non erit ad haec una sane responsio. Cuius minorem epilogat dicens. nam nec interrogatio illorum plurimum una est: et si etiam uera sit, ceu quomodo non syllogizatur est littera, sed illatiua.

Debes scire ut ex primo topicorum ca. 3. satis habetur, quod interrogatio est quid commune ad problema, quod dicitur responsio, et ad propositioem dialecticam, quae est praemissa siue interrogatoria propositio, quae uero differentia sit inter problema et propositioem perquirere illic. Propterea Aristoteles ait interrogatioem dialecticam esse aut responsionem postulationem siue problema, aut petitionem propositioem siue alterius partis contradictionis, quae est propositio interrogatoria.

Secundo debes scire, quod differt etiam questio a conclusionem et suppositionem siue prima: id enim quod in demonstratiuis est questio ante demonstrationem, in fine de demonstrationis est conclusio. dicitur enim. 2. posteriorum. Quaestiones sunt aequales numero is quae sumus. Suppositio autem et prima, propositiones sunt siue praemissa de demonstrationis. Quia ratione patet, problema in dialecticis se habere ad responsionem, ut questio ad conclusionem in demonstratiuis: et dialecticam propositioem ad syllogismum in dialecticis, ut suppositiones siue prima ad demonstrationem. Haec autem fortiole omnes ignorant et reuocant: ob enim ignorantiam terminorum de finali paralogizamus primo elenchorum. et tu considera.

Insuper etiam simul perspicuum est, ipsum quid est interrogatioem non esse dialecticam. Nam oportet ex interrogatioem dari ut eligat, utram uelit contradictionis partem, quando is qui interrogat debeat distinguere, utrum homo sit homo, aut non sit hoc.

Secundum quod concludit est, quod quid est, non sit interrogatio dialectica, et syllogismus est interrogatio dialectica interrogat utramque partem contradictionis. quod quid est non interrogat utramque partem contradictionis, sed unam tantum: igitur quod quid est non est dialectica interrogatio. Primo sumit conclusionem, et inquit. insuper etiam simul cum contradictione proxime dicta, perspicuum est ipsum quid est interrogatioem non esse dialecticam: imo nec si est, nec quia est, nec propter quid est. Sumit deinceps maiorem syllogismum, et inquit. nam oportet ex interrogatioem dari utrumque, unum ut eligat respondens, utra uelit contradictionis partem: cuius ratione igitur quando is qui interrogat, debeat distinguere, utrum hoc sit homo, aut non sit homo, ut utrum alius sit mortalitatis an non. Legitur autem in graecis codicibus uerbum illud [quando] aduenfatine, sed sonat expositiue, ueluti alibi sepius Aristoteles uerbum [ἀλλὰ] supposit. Ex iis patet questionem se habere ad demonstrationem ut problema ad dialecticam syllogismum: haec est quae ante demonstrationem, in fine conclusio, problema etiam ante syllogismum in siue responsio siue illatum.

Com. 22.

Cum autem eorum quae seorsum praedictatur, alia quidem composita praedictetur, ut unum oia praedictatur euadant alia uero non: quoniam sit differentia? De homine namque uerum est dicere, et seorsum aial & seorsum bipes: et haec cadet ut unum & hominem, & album: et haec cadet ut unum. Sed non si alius est cerdo, & bonus erit, & cerdo bonus, et γὰρ ὅτι ἐκείνος ἀλλήλῃ. Adhuc si quia seorsum uerum est uerum: oportet etiam ambo uera esse: multa erunt etiam absurda. De homine namque, quod uerum est dicere, & quod est homo, et quod est albus: quare et totum. Rursus si album et totum uerum est dicere, quare erit homo albus albus, atque hoc in infinitum. Et rursus muscus albus abulans, & haec sepius coniuncta in infinitum dicuntur. Propterea, si Socrates est Socrates homo: & si est homo et bipes, etiam erit homo bipes: igitur si quis simpliciter dicat complexioem fieri: plurima absurda inde contingere dicat, perspicuum est.

Com. 23.

His suppositis de commemoratis. Nunc accedit ad rem, et primo petit questionem, et inquit. Cum autem eorum quae seorsum praedictatur, et diuisim, alia quidem composita praedictantur, ut unum oia praedictatur euadant, hoc est, cum quaedam praedictantur diuisim et simul, alia uero non: quae nam sit differentia, et quando licet et quando non, est quod, igitur utrum semper licet argui a diuisis ad coniuncta: an aliquando sic, aliquando non: et quando sic, et quando non? Arguit igitur pro utraque parte, et primo, quod ualeat: nam sequitur. homo est aial, et homo est bipes, igitur homo est aial bipes. Amplius ualeat. Socrates est homo, et Socrates est albus: igitur Socrates est homo albus. In contrarium arguit, quia non ualeat, aliquis homo est cerdo et bonus: igitur bonus cerdo. Secundo, si ualeret, tunc esset processus in infinitum in copulationibus: nam de homine quodam ut de Socrate uerum est dicere, et quod est homo, et quod est albus: quare et totum hoc simul erit homo albus. Rursus si de Socrate uerum est dicere album, et totum hoc est Socrates homo, et albus seorsum. Rursus etiam erit uerum dicere

E ij re q

re q. sit homo albus, albus similiter atq; hoc in infinitum Tertio, non ualet, Socrates est musicus & albus & ambulans: igitur est musicus albus ambulans, quia hæc sepius coniuncta in infinitum dicuntur. Quarto, si Socrates est Socrates & homo, etiam Socrates erit Socrates homo: & si Socrates est homo & bipes, etiam erit homo bipes, quod est falsum: nam ex negationis negatio proficitur: quoniam in antecedente non fuit negatio. In consequente uero uidetur esse: hæc enim negatio est, Socrates homo, etiam homo bipes, quoniam in indiuiduo species, & in specie differentia intelliguntur. Sic igitur pro utraque parte hæc sunt argumenta. Deinde epilogat, & sermo patet.

Sed quoniam modo id ponendum sit dicamus nunc. Eorū itaq; quæ prædicantur, atq; de quibus prædicari sumuntur, quæcunque per accidens dicuntur, aut de eodē, aut alterū de altero, hæc non erunt unū, ut homo est albus, & musicus, sed non unū est, albus ipsum & musicū. Accidunt enim ambo eidē, neque si verū sit dicere albū musicum esse, ἄλλο δὲ καὶ τὸ μουσικόν λεγόμενον, albū musicū profecto unū quid erit. Albū enim per accidens muticū est, quare non erit albū musicum quid unū, quæ circa neq; cetero bonus, simpliciter erit, sed aīal erit bipes, cū non per accidens, hæc de illo sint. Præterea nec illa, quorū alterū alteri inest, quæ circa nec albū sepius erit, nec aliquis homo est homo animal aut bipes. Insunt enim hæc, bipes & aīal hoī.

Com. 24.

Determinat questionem, & uult q. duobus casibus non licet à diuisis proficisci ad coniunctum. Primus est, cum ea quæ diuisim prædicantur de aliquo subiecto, de illo p accidens dicantur, siue quia ambo eidē accidunt, siue quia alteri alteri accidens, ut nō sequitur: homo est albus & musicus: igitur hō est albus musicus. Accidit enim albū musicū ambo homini: nā licet hæc possit esse uera, albū & musicū tamen albū musicū non erit quid unū, cū album p accidens musicū sit, & possit esse & non esse. Secundo, non sequitur, Socrates est ardo & bonus: igitur ardo bonus: nam pot esse Socrates uir bonus, et malus ardo. Secundus uero casus est, quādo unū illorū prædicatōrū diuisim accipiunt in alio includitur. hæc enim rōne nō potest à diuisis præcedi ad cōiunctū, nam antecedens esset nō negatiuū, & insequens uero negatiuū: quōdā nō ualet. Socrates est hō & aīal: igitur Socrates est homo animal: nec sequitur Socrates est homo & bipes, igitur Socrates est homo bipes: quia in homine insunt animal bipesque, & unū est in ratione alterius. Propterea soluit ad dubium, & inquit. Quōdā nec album sepius erit Socrates, nec aliquis homo, ut Plato est homo animal, aut bipes. Insunt enim hæc, animal & bipes homini. Isti sunt duo casus, in quibus non ualet, ex quibus colligitur potest in quibus ualet. Per primum enim casum habetur, q. illa diuisa insunt per se subiecto. Per secundum habetur, quod unum non insit in ratione alterius: propterea bene ualet. Socrates est rationale & mortale: igitur rationale mortale. Tollitur eī negatio, quia neutrum ē in

ratione alterius: tollitur præcessus in infinitum quoniam si est postmodum argui est rationale mortale, & mortale: igitur rationale mortale, mortale: quia mortale secundo assumptum includebatur in ratione illius totius rationale mortale. Debes scire, quod cum Aristoteles ait, Quōdā neque ardo bonus simpliciter erit, sed animal bipes erit, non uult absolute hanc consequentiam ualere. Socrates est bipes & animal, igitur bipes animal. sed ait ualere solum ratione habita ad primum impedimentum. Propterea subseribit, cum non per accidens hæc de illo sint: & ita ualet ratione habita ad primum impedimentum non absolute: quia ratione habita ad secundum impedimentum non ualet. Nec ignores translationes ueteres omnes hic erroneas reperiri. Qui enim legit codices Aristotelis grecos, hoc facile diiudicabit.

Verum est autem dicere de aliquo & simpliciter, ut aliquem hominem hominem, aut aliquem hominem album, hominem album, non tamen semper, nam quando in adiecto aliquid quidem oppositorum inest, ad quod sequitur contradictio, non uerum sed falsum est. Ut si hominem mortuum dixeris hominem, quando autē non inest, uerum est.

Hactenus quoniam modo licet à diuisis præcedere ad coniunctum: nunc contra, quoniam modo à coniuncto ad diuisa licet arguere, declarat. Com. 25.

Et colligit primo, quod uerum est dicere, & inquit. Verum est autem dicere de aliquo, subaudi, prædicatum coniunctum & simpliciter quodlibet illius, ut de Socrate, & simpliciter hominem tantum: aut de eodem Socrate uerum est dicere coniunctum aliquem hominem album, & seiuictum hominem, album: siue hominem per se, album per se. igitur absolute à coniunctis ad diuisa ualet, utrum uero in omni & de omni determinat, & dicit primo, quod non ualet, quando in prædicato est contradictio uel oppositio: ut non ualet. Caesar est homo mortuus: igitur homo, nam mortuum & homo opponere uidentur. inquit, non tamen semper: nam quando in adiecto siue prædicato est aliquid oppositorum illi repugnans siue dimmutes ab eo ad quod sequitur contradictio, nō uerum est, sed falsum, ut si hominem mortuum, dixeris hominem, quando autem non inest hæc in prædicato oppositio, uerum est præcedere à coniunctis ad diuisa. Quo uero ad uerba grecæ attinet uerbum illud ἀπὸ τοῦ licet interdum pro omnino, interdum pro uniuersaliter sumatur. hic sumpsit pro seorsum siue seiuictum. Uterius uerbum illud ἀπὸ τοῦ licet hic prædicato adiecto siue adiuncto subiecto accipitur, aliquando absolute pro omni addito siue subiecto siue prædicato. Est igitur sensus, quod quotiens est oppositio in prædicato addito siue adiecto: nunc non licet.

Solent dubitare in talibus, quoniam modo hæc sit uera. Caesar est homo mortuus. Dubitatio.

Uidetur enim absolute falsa. Per textum enim habetur

Consideratio literæ.

Positio quorūdam Consultatio.

Responsio propria

Com. 26.

habetur, quod illud prædicatum compositum implicat opposita: igitur est ratio in se falsa, et cū sit in se falsa, uidetur de omni falsa. ut dicitur. 5. metaphysicæ: & licet hæc res spectet potius ad metaphysicam, quæ communiter currit per manus aculatorum: tamen quæ dicuntur ad hoc & quæ mihi uidentur esse dicēda breuibus, non recusabo dicere. Dicunt quidam, quod cum homo & mortuus componuntur, non efficitur ratio in se falsa, quia homo de terminatur per ipsum mortuum ad cadaver. Sed hæc responsio friuola est, quia aut totum hoc, homo mortuus est ratio in se falsa aut non si sic, igitur de quolibet falsa: et homo irrationalis cū sit per se falsa, de omni ē falsa. 5. metaphysicæ. Si uero illud totum non est ratio in se falsa, hoc est contra textum, & contra rationem. Contra textum quidem: quoniam ait unam partem inferre oppositum alterius propter conditionē: contra rationē uero: quoniam homo nūq; perdit suum significatum: igitur cū ratio, quam significat nomen, sit definitio: homo erit semper animal rationale, & ita corpus animatum & ita uiuum, & ex alio est mortuus: igitur illa ratio est in se simpliciter falsa, & ita de nullo uera. Amplius ad principale, ut conuaditur hæc, Caesar est homo mortuus: cur non hæc. Caesar est homo irrationalis. Si enī conuaditur hō mortuus: ergo cadaver: & ita irrationalis: & hoc sequitur, si uerbum homo contrahitur a uerbo mortuus. Videtur igitur mihi, q. nomen habet duplicē significatum: alterum propriū ueluti homo, Socratem & Platonem. Alterum transumptiuū, ut hominem pictum, cadaver & id genus, ut Aristoteles inquit in prædicamentis, & si hæc est uera. Caesar est homo mortuus: quoniam homo sumitur in signifiatu transumptiuo, hæc autem falsa. Caesar est homo: quoniam intelligitur in signifiatu proprio.

An quidem quando inest, nunquam uerum sit: quando uero non inest, semper ne ue rum sit? quemadmodum Homerus est aliquid ut poeta, ne igitur homerus etiam est? an non? Per accidens enim prædicatur ipsum est de Homero: quatenus quidem est poeta: non autem per se prædicatur de Homero ipsum est.

Dubitatur rursus contra solutionē datam, utrum uidelicet quando non est oppositio siue contradictio in adiecto sit uerum licet, & arguit quod non: quoniam hæc est uera coniunctum. Homerus est poeta: ubi totum hoc est poeta, prædicatur de Homero: & non est contradictio in illo, & nō ualet, igitur Homerus est: solo uerbo est prædicante. inquit [An quidem quando inest, nunquam uerum sit, quando uero non inest semper ne uerum sit] quasi dicit utrum ut quando inest oppositio nunq; uerum est: ita quando non inest, etiam semper uerum sit: & arguit quod non, inquit, quæ admodum Homerus est aliquid ut Poeta: ne igitur Homerus est etiam: quasi dicit non. Respondet & uult, q. non semper licet arguere stant illa conditione. Et sic addit secundā, q. uidelicet ambo illa prædicantur æque principaliter de subiecto: & non unum principaliter, & alterum p accidens, & sic sunt due conditiones. Prima, quod non sit oppositio in adiecto: Secunda, quod ambo prædicantur æque principaliter. Hæc secunda desit de exemplo de Homero. Nam per accidens prædicatur esse de Homero, quatenus poeta: non autem per se, quatenus ens & existens.

Quare in quibuscunque prædicatis neque est contrarietas: si pro nominibus rationes dicantur, neque per accidens, sed per se prædicantur, ἢ τὸ αὐτὸν τὸ τὸ ἴδιον ἐστὶν ἢ τὸ ἴδιον ἐστὶν in his coniunctum & simpliciter uerum est dicere. Id autem quod non est, non uerum est dicere esse aliquid, quia est opinabile: non enim opinio de ipso, est ipsum esse, sed ipsum non esse.

Epilogat conditiones in simul, & inquit. [Quare in Com. 27.

quibuscunque prædicatis neq; est contrarietas] quod quidem facile discernitur. si pro nominibus rationes dicantur: nā cū rōnes nominū sūt oppositæ in prædicatis ē oppositio, ut hō mortuus: nā ratio hoīs est animal rationale, animatum, ideo mortui, est cadaver sine aīa: & hoc ad primam conditionē, neq; p accidens, sed p se prædicantur ambo, hoc est æque principaliter. in his coniunctum & diuisum siue simpliciter & secundum quid, ut habet grecus textus, uerū est dicere. hæc sunt conditiones. Et declarans secundā conditionem inquit: id autē quod non est ut Homerus nō uerum est dicere esse aliquid: quia est opinabile remanens in opinione hominum non enī opinio de ipso, est ipsum esse, sed ipsum nō esse: sed supplet uerū est dicere esse poetam, quod nō est aliquid uerū, sed in opinione. Sic igitur p hoc q. Homerus est in opinione nō propter hoc est aliquid in re, hæc sunt conditiones. & consequenter de re gulis enuntiationū à coniunctis ad diuisa. Sed circa hæc sunt questiones nō parue. Prīa, quoniam nō secūda cōditio intelligenda est quæ dicit, q. cōpositum illud debet prædicari p se de subiecto. Videtur autē ad hoc respondere Auerrōes in sua paraphrase dicens. i. p aliud ab ipso, sed per se. i. propter ipsum: quia cū est prædicatū p accidens secundū istum modū falsificatur cū separatur, uerbi grā, Homerus ē poeta: quoniam cū separatur hæc: et dicitur Homerus est, illa sit falsa: cū sit nūc ppositus, & cā in hoc est: quia esse prædicatur de Homero ex parte quæ est poetæ: nō prædicatōe prima per se absolute. Sic igitur Auerrōes uult q. illud coniunctum prædicatur per se et secundū q. ipsū de subiecto. Sed huic obijciunt nonnulli: priō quia ualet, Socrates est hō albus, igitur est hō et est albus. Secūda do, quia frustra adderetur, et nō p accidens, uidetur enī se tūndū hanc expōnem supflua, sed hæc friuola sunt. Ad priam diceret Auerrōes q. argumētū p se tenet in oī materia: cum licet dare instantiā in alijs satis est. ut. i. priōrū cap. 22. et 2. topicorū. cap. 2. mō data est instantia in illa. Homerus est poeta, ideo regula est falsa. Ad aliud diceret Auerrōes illud esse additū prædicatū, prædicari p se, secundū se et quodlibet sui. ideo sensus est. nō secundū accidens hoc est: nō ratione paritatis; sumitur enim p accidens inter dū pro eo quod est p partē. Sed adhuc instabis contra Auerrōes quia tūc priā cōditio supflueret cū satis explicatur in secūda: cū enī totū coniunctū prædicatur p se et nō rōne paritatis de subiecto, uidetur q. nō possit eē oppositio in adiecto: et sic supfluit. i. quā Aristoteles ponit i epilogo aliā à secūda. Dicit pot q. apud Auerrōe illa nō est necessaria, sed posita ad maiore explicatū: nos uero aliter exposuimus iuxta Ammonij et Boetij mētē, ut patuit. Secūdo querunt, utrum à tertio adiacente ad secundum adiacens licet arguere semper. Respondet Esculapius, quod à tertio adiacente ad secundum adiacens non nisi gratia materie ualet: per se autem nunquam hoc multipliciter probatur.

Questiones. Questio. Responsio Auerr.

Replicā

Defensio

Replicā

Questio. Responsio Esculapi.

E ij primo, d

Propria positio.

Primo a composito ad diuisa non ualet quoniam termini non eodem modo sumuntur, sed semper ipsum est: quando uerbum adiacet accipitur: ut dicit ueritatem enuntiationu: quando uero est secundum accipitur, ut dicit actum existendi: et ita non ualet. Secundo, a secundum quod ad simpliciter non ualet consequentia: sed cum dico, est animal: igitur est, arguitur a secundum quod ad simpliciter: quia ab esse animal ad esse simpliciter: igitur non ualet. Tertio, ablatum ipso per accidens potest remanere ipsum per se atque necessarium. Sed haec praedictio homo est: uidetur per accidens, illa uera, homo est animal, est per se ac necessaria: igitur ablata illa per accidens, haec potest remanere uera: et ita ad illa per se et necessaria, non sequitur haec contingens, et per accidens. Quarto, haec est uera, nullo homine existente homo est animal, igitur ex hac non sequitur illa homo est, antecedens probatur: quoniam si non est uera: igitur opposita est falsa: opposita est, homo est non animal: quoniam animal et non animal contradictoria sunt, igitur haec est uera, homo est non animal, ultra, igitur non rationale: et ultra, igitur non homo, et multa alia impossibilia.

Antequam resellam hanc positionem, dicamus quid peripathetia dicantur in re. Debes igitur scire (ut dicimus) quod triplex est enuntiatione siue propositio. una de inesse, alia de necessario inesse, alia de contingenti inesse. Tunc constat in propositionibus de contingenti inesse non ualere a propositione de tertio adiacente ad illam de secundo. non enim ualet, Socrates de contingenti est albus: igitur est albus, et in alijs similiter. Dico secundo, quod tam in propositionibus de inesse quam in illis de necessario inesse, ualet seruatis conditionibus Aristotelis, uidelicet: quando non est oppositio in adiecto, et quando ipsum esse et adiectum si bi eque principaliter praediciuntur de subiecto. Dico, quando non est oppositio in adiecto propter tales, homo est mortuus, homo est pictus, et id genus. Dico secundo, quando ipsum esse et adiectum praediciuntur eque principaliter, propter tales, centaurus est terminus, tantum homo est risibilis. Haec enim tantum homo est risibilis, est uera: et ipsum esse praedicitur de illo subiecto tantum homo ratione risibilis, quod cum homine conuertitur: ideo non ualet, tantum homo est risibilis: igitur tantum homo est, quoniam desinat secunda conditio, licet nonnulli uelint regulam esse ueram in simplicibus. Alij dicunt quod debet sic argui, tantum homo est risibilis: igitur homo est risibilis: quoniam sic est a composito ad simplex, ego uero dico, quod haec est uera, tantum animal est homo: propter hominem, qui uniuersaliter est animal, et sic esse competit ipsi animali tantum ratione hominis. Quia uero haec sit positio peripatheticorum declaratur, omnis propositio de inesse est illa quae exiuit ad actum, et Aueroes inquit primo priorum, ait esse possibilem ad actum deuentam, sed non ad actum extensum: nisi subiectum constet, igitur esse principaliter praedicitur de subiecto: et per consequens a tertio ad secundum ualet. Idem confirmatur per Aueroem eodem primo priorum, cap. 2. ubi ponit differentiam inter propositiones de inesse, quas inuentas uocat, et illas de necessario inesse: solum penes hoc, quod in illis de inesse praedictum inuenitur, in subiecto penes plurimum temporis, in illis de necessario in omni tempore, tamen ambe sunt in actu. Tertio, si propositio de inesse non requirit subiecti constantiam, non differre a contingenti, tenet consequentia primo priorum, capite. 11. ubi uult, quod propositio contingens dupliciter exponitur.

uno modo cum subiecti constantia: et sic miscetur cum illa de inesse, alio modo cum subiecti ampliatione: et sic est pure contingens. Quarto Aristoteles ap. 13. parte illa [Oportet autem accipere omni inesse] distinguit de duplici a propositione de inesse, una quae simpliciter est, quae non est secundum tempus determinatum, altera ut nunc, et ad ambas uult esse necessariam subiecti constantiam. Quinto, Philoponus primo priorum, cap. 13. parte illa [Oportet autem sumere non solum] auctoritate Diadori, inquit: Diadorus autem inquit alia quaedam significatione possibilis esse, ait enim possibile esse, aut quod iam exiuit ad actum, quod dicimus nos inesse, aut potest exire, nondum autem exiuit. eae quomodo propositio de inesse est illa, cuius significationem est in actu temporis: et ita cum subiecti constantia, item sentiunt idem Philoponus et Alexander in prima apio cap. u. Ex hijs accipitur peripathetia sentiendum semper ualere a coniunctis ad diuisa, et a tertio adiacente ad secundum in propositionibus de inesse et necessario inesse, quando sunt propositiones affirmatiuae: quia in prima et hac secunda regula semper de affirmationibus loquitur, seruatis tamen illis duabus conditionibus: nec solum ut sorticolae aiunt, Aristoteles locutus est de praedicto composito ex nomine et adiectiuo, ut exempla et proaeus uerborum indicant. Tunc ad rationes. Ad primam dico, quod uerbum quando praedicitur totum secundum se, et quodlibet sui de subiecto uerificatur: eodem modo in composito et diuiso accipitur, nec uariatur acceptio: nam in composito sumuntur, ut dicit esse et ueritatem propositionis, et sic in diuiso. Ad secundam similiter, esse enim animal aut esse album, est quid contrahens esse uniuersaliter et simpliciter acceptum: et ita uidetur potius argui ab inferi-ore ad superius: et non secundum quid et simpliciter. Error enim horum ex hoc oritur, quia credunt in simplicibus ipsum esse sumi uno modo, in composito alio modo: et non est ita. Ad tertiam dico, quod haec praedictio, homo est, non est per accidens sumptum pro contingenti: contingens enim est, quod nondum exiuit ad actum: et ideo haec est de inesse simpliciter: non tamen est per se et necessario inesse: sed est in dispositione media, de inesse. Illa uero, homo est animal: est de inesse simpliciter, haec, homo est, et eti a est de inesse simpliciter, ideo bona consequentia, aut forte prima est de inesse necessario: haec de inesse simpliciter, haec enim apud peripatheticos, homo est, nec est contingens, nec necessaria, non contingens, quia exiuit iam ad actum, nec necessaria, quia non in materia necessaria, et ita de inesse.

Ad quartam dico, quod haec: homo est animal, nullo homine existente non est uera: sicut haec, rosa est pulcherrima florum in hyeme, sed conueniunt, quia possunt esse uera, et ad rationem dico, quod animal et non animal non sunt contradictoria, ut in fine primi priorum habetur. Hypoentaurus enim nec est animal, nec est non animal: sed bene haec contradicunt, esse animal et non esse animal: et sic de homine non existente, nec praedicitur animal nec non animal: licet aut esse animal aut non esse animal. Alij dicunt, quod nullo homine existente haec est uera, homo est animal: non ratione ipsius uerbi est: sed ratione animalis: et sic desinat secunda conditio in casu illo: similiter et de illa, rosa est pulcherrima florum, et id genus. Haec sunt dicenda ad mentem Aristotelis, et omnium peripatheticorum, ut Philoponi, Themistij, Diadori, Alexandri, Theophrasti, et Auerois. Sed dicit, non ualet, Socrates est gubernator equorum: igitur gubernator

3. questio.

Quid de ampliatione peripathe.

tur gubernator nec ualet: ethiops est albus dentes: igitur albus, haec iam solute sunt. non enim arguitur per regulam: quia esse gubernatorem non uerificatur de Socrate, nisi si ratione partis, et similiter de ethiops, et ita non ualet haec secundum omnes peripatheticos. Quia Aristoteles conadit hanc, homo est mortuus, quae non potest esse uera, nisi detur ampliatio uerbi ad id quod est uel fuit.

Querunt, utrum ampliatio uerbi sit peripathetia, et uidetur quod non, tum quod eam nullibi Aristoteles posuit, tum quod uerbum est forma extremorum: igitur extrema accipiuntur secundum exigentiam temporis et non ultra. Tertio tunc aliqua contradictoria essent simul uera uel simul falsa: ut haec, ois ho est mortuus: et aliquis ho no est mortuus: patet prima, pro oi hoie qui est aut fuit, patet secunda, pro hoie eti a qui est uel fuit. Quarto, tunc aliqua propositio esset similis de inesse et contingens, ut nauale bellum est futurum. Est enim de inesse, quia actu uera de contingenti, quia esse ampliatum pro eo quod est aut erit. Multa addu a possunt, haec satis. Sed uidetur quod ampliatio negari non possit apud peripatheticos, saltem in contingentijs: et in temporibus quae arcuunt praesens. Prima patet, a priori, cap. 11. in illa enim contingit hominem currere, ille terminus homo ampliatum pro homine qui est, uel potest esse ut ibide ait, cui Aueroes, Philoponus, et Alexander conueniunt. Rursus in temporibus arcuuntibus praesens: ut primo Elenchorum ait Aristoteles in illa parte, sanabatur laborans. Dicuntur etiam alia tempora arcuuntia praesens, quia saltu ipsum sub diuisione significant, ut dicit Boetius, et per consequens illud significant sub distinctione: ut homo fuit mortuus, significat, quoniam est uel fuit homo, aut homo est mortuus uel pictus: similiter, quoniam haec mortuus uel pictus sunt praeteriti temporis. Vtrum uero detur respectu temporis praesentis ac termini significantis re praesentem, ut in hac, Adam est primus homo: et illa, Homerus est poeta, alia disputabitur in elenchis. Tunc ad rationes: ad duas primas patet solutio. Ad tertiam dico, quod pro diuersis temporibus illa non sunt contradictoria, sed pro eode tempore. Ad ultimam, illa propositio est pure contingens, cum subiectum non constet. An aduerbate tamen quae peripathetia his duobus modis expresse ponunt ampliationem, licet alij uocent eam appellationem modo oppositi sorticolis, ut Albertus: alij termini uel uerbi extensionem, alij alio modo, sed de nominibus non est nimis curandum. Sat enim est illud non esse contra peripatheticos, ut auctoritates inueniunt, haec de coniunctis et diuisis.

Particula quarta.

De modalibus enuntiationibus.



Is uero determinatis, considerandum est quomodo sese habet affirmatioes ac negationes inter se: haec uidelicet, quae sunt de possibili esse, et non de possibili esse, atque de contingenti & non contingenti, deque impossibili, ac necessario: habent enim quandam dubitationem.

ANTE QVAM ad expositionem textus, intentionemque capituli deuenierim, primo accipienda sunt quaedam necessaria huic pertractationi. Et primo, quot sunt modi enuntiationum siue propositionum, est enim in dictis Aristotelis non parua contradictio. Primo namque priorum usus est uelle esse duos tantum modos, necessarium uidelicet, et contingens. hic uero quatuor, quare aut hic superfluum, aut ibi diminutus, infra addit uerum et falsum.

Circa hanc rem omnes peripathetia conueniunt in eis, quae Ammonius dixit primo huius, quod praedictum ad subiectum habere potest tripliam habitudinem, quam graa materiam enuntiationis siue propositionis uocant. Prima est, quae praedictum nondum inest, et potest inesse, aut qua inest et potest non inesse, hanc peripathetia materiam uocant contingentem. Secunda est, quae praedictum non inest, et nunc inest, aut, qua nunc actu non inest, prius uero inest, quamquam Aueroes et Porphyrius materiam de inesse uocant in prioribus analyticis, ca. 2. Tertia denum est, quae praedictum subiecto inest actu et non potest non inesse: uel qua non inest actu, nec potest inesse, quam quoque necessariam uocant materiam. Plures harum non reperiuntur, ut Porphyrius etiam hic sentit, et Aueroes, Alexander atque Philoponus primo priorum. Ex his apparet, quod licet uerum, et falsum uidentur modi propositionum, ut Aristoteles dicit, reuera non sunt alij omnino ab illis qui dicuntur in prioribus. Hi enim et alij id genus ab aliqua materia sumi non possunt propria, cum nulla sit. Rursus uero quandoque coordinantur cum possibili aut necessario, nam est aliquid uerum possibile, falsum etiam cum possibili uel impossibili, est enim falsum possibile, et falsum impossibile, interdum coordinantur cum inesse: et ita non ponunt in numero. His habitis restat uidere, quot sint modi, qui suis proprietatibus notent in enuntiatione aliquam habitudinem. Ad hoc respondent quidam expositorum uerum, qui anonomi sunt, quod modi non coincidentes sunt tres: contingens, uidelicet, necessarium, et inesse, nam a modo contingenti sunt propositiones de contingenti: quales sunt contingit Caesarem pugnare. A modo necessario, propositiones sunt necessariae: ut necesse est hominem esse animal. A modo uero de inesse, propositiones determinantur de inesse, ut de inesse homo currit: haec enim est modalis a modo inesse, dicunt non coincidentes: quoniam possibile inadii cum modo contingenti, differt enim solum ab illo, nam possibile potest priuari, quia dicimus impossibile non sic contingens, quia non dicimus incoingens, ut Boetius et Porphyrius sentiunt. Rursus impossibile id est quod necessarium non est. Itemque inesse est negare et affirmare. Mouentur autem hi, quonia modi materiarum sumuntur a numero habitudinum: modo tres sunt materiae tres quoque habitudines: igitur tres erunt modi. Tunc respondent ad contradictionem. Aristoteles enim numerauit in prioribus tres modos, uidelicet inesse, necessarium, et contingens: quia tantum modos qui non coincidunt, enumerauit. Hic uero non curauit explicare principales et accessorios aut reduabiles, nam ibi materias tangit syllogismorum, at cum necessarium et impossibile eodem modo ingrediantur syllogismos, pro uno accipit: similiter contingens et possibile ipsum uero inesse, enumerauit alio modo: hic uero cum specialius loquatur, quia ordinat modos ad enuntiationes: enumerat nunc quatuor, uidelicet possibile, contingens, et necessarium et impossibile. prius tamen E iij dixit

Com. 28.

De numero modorum.

In quo oes conueniunt.

Motium.

dixit de ipso inesse. Addit autem uerum et falsum propter rationes dictas et dicendas. Enumerauit autem potius necessarium quam impossibile in prioribus: nam (ut ait Philoponus) necessarium est uti habitus: impossibile ut priuatio. priuatio uero reduatur ad habitum: non contra.

Obiectioes Philop.

Obijāt autem huic positionem Philoponus ibidem. Primo quia numerus modorum non correspondet numero habitudinum ac materialium. Potest enim propositio in materia necessaria esse de modo contingenti, et de contingenti de modo necessario: igitur modi non numerantur penes materias. Secundo, fiat iste syllogismus. animal currit. Socrates est animal. Socrates currit. ubi patet hunc esse de inesse, et non cum modo de inesse. Denique Aristoteles usque huc locutus est de propositionibus et non de modalibus, igitur propositio de inesse non est modalis.

Defensio.

Sed iste obiectioes Philoponi nulla sunt. ubi debes scire, quod aliud est esse propositionem de necessario, et aliud necessaria, aliud contingens, et de contingenti: aliud de inesse, et de modo inesse. Stat enim propositionem esse necessariam de modo contingenti, contingenti de modo necessario, de inesse de modo contingenti uel necessario. Amplius stat aliquam esse necessariam contingenti, uel inesse secundum materiam: que nec est de modo necessario, contingenti, uel inesse. Et ita concedi potest, quod aliqua secundum materiam est in una specie secundum modum denominationis ab alia. Secundo concedi potest, quod omnis propositio est modalis materialiter siue habitualiter: non tamen omnis erit formaliter talis. Tunc ad rationem Philoponi dico, quod modi respondent materijs quando naturaliter constituuntur: hoc satis sit ad arguendum illos esse tres. Ad secundam patet solutio. Ille enim syllogismus est materialiter de inesse, licet non sit formaliter modalis. Ad tertiam patet etiam solutio. Aristoteles enim locutus est de ijs que sunt de inesse materialiter, et hoc sufficit. Hæc de numero modorum.

Numerus Specierum.

Consequens est loqui de numero specierum, dicimus quod tria sunt genera iuxta numerum modorum: que si multiplicauerit per affirmatiuum et negatiuum erunt duple, et per consequens erunt sex, que rursus multiplicatae per uniuersale particulare et indefinite enumerabuntur. 18. hæc de numero propositionum. Ex ijs apparent tres errores recentiorum.

Errores Primus.

Primus est, quia uolunt propositionem de inesse et modalem differre solum per hoc: quia modalis totam compositionem determinat, in illa de inesse, non. Hoc est friuolum, et non peripatheticum. Differunt enim penes differentes habitudines, ut patuit. Secundus est, quod ideo uerum et falsum non sunt modi, quia non determinant compositionem. Hoc etiam friuolum est. uerum enim et falsum compositionem notant, sed non ponunt in numero, quia non notant aliam habitudinem præter dictas. Tertius error est Aesalanus, qui querit: utrum diuisio propositionum in modalem et inesse sit generis in specie. Hæc enim questio nulla est, cum quelibet sit modalis materialiter uel formaliter. Et de situ modi dicimus, si namque grecos sequimur cum modus se teneat cum prædiato formali, uidelicet, uerbo primo priorum: et greci semper ponant primo loco, uidelicet, uerbum, deinde prædiatum materiale, ultimo subiectum. hæc ratione modus est primo loco constituendus, si latinus inuatabimur, cum Boetius ponat uerbum ultimo loco ut ultimam formam, ponemus modum in ultimo, quem au-

De situ modi.

tores ordinem seruant per totum. Verum Aristoteles confundit et ponit ipsum nunc in primo, nunc in secundo, nunc in tertio loco: ubi; enī semper notat materiam enuntiationis sibi propriam. Vtrum tamen habeat uim subiecti aut prædiati, posterius dicemus. Ex ijs patet quam ineptè dicant iuniores de loco ipsius modi, cum neque peripatheticæ nec latine loquantur. hæc de præambulis. Que uero sit partis intentio, ex textu colligitur: uult enim declarare de ordine et consequenti enuntiationum affirmatiuarum et negatiuarum quatuor modorum necessarij, uidelicet, impossibilis: contingens, et possibilis. Hæc de intentione.

Nam si complexionum hæ inter se contradictoriæ opponuntur, quæ per esse disponuntur atque non esse, ut huius quæ est esse hominem negatio est hæc, non esse hominem, non hæc esse non hominem: & huius quæ est, esse album hominem, illa quæ est, non esse album hominem: sed non hæc esse non album hominem: Si enim de omnibus aut affirmatio est, aut negatio, lignum est uerum dicere, esse non album hominem. Sed si hoc modo in his sit, etiam in illis in quibus esse non additur, idem facit id quod pro ipso λεγόμενον sumitur esse: Nam huius, homo ambulat, non est hæc negatio, non homo ambulat, sed hæc, homo non ambulat: nihil enim διαφέρεται refert hominem ambulare dicere, aut hominem ambulatam esse: quare si hoc modo in omnibus. Huius etiam affirmationis: possibile est esse, negatio erit, possibile non esse: sed non illa non possibile est esse.

Com. 29.

Mouet Aristoteles questionem penes quid attenditur in his affirmatio et negatio, et sumit hanc maiorem per inductionem in omnibus propositionibus. Contradictio est ista menda penes esse et non esse, sed eiusmodi sunt propositiones, uidelicet, possibile esse, necessarium esse, et id genus: igitur contradictio sumenda est penes esse et non esse. Quod autem in omnibus sit sic sumenda, probat inductiue, ut in hac, homo est albus, sumitur penes illam, homo non est albus, et non penes illam, est non albus. Similiter eius quæ est, esse album hominem: contradictoria est, non esse hominem album, et non ista: esse non album hominem. Declarat, quod hæc due non contradicant, est albus homo et est non albus homo: sed illa, est albus homo, non est albus homo: quod hac ratione probat: quia tunc de quocumque illa, est albus homo, esset falsa, illa esset uera, est non albus homo, cum de omnibus sit affirmatio uel negatio uera: modo de ligno, hæc est falsa, lignum est albus homo: igitur illa uera erit, lignum est non albus homo, quod est impossibile, dato quod lignum sit album. Potest dari exemplum in alijs: nam de centauro hæc est falsa, est albus homo uel albus: illa igitur erit uera, centaurus est non albus, quod etiam falsum est, quia centaurus non est, et quia aliquis dicit fortasse in illis hoc habere locum, in quibus uerbum est prædiatum. Ait Aristoteles uniuersaliter esse in omnibus

omnibus alijs, quæ adduntur loco uerbi est, ut huius affirmationis, ambulat homo: non est hæc negatio, ambulat non homo: sed illa, non ambulat homo, quia nihil differt dicere hominem ambulare, et hominem ambulatam esse, inquit. Nam si complexionum hæ inter se contradictoriæ opponuntur, quæ per esse disponuntur atque non esse: ut huius quæ est, esse hominem: negatio est hæc, non esse hominem: et huius quæ est, esse album hominem: illa quæ est, non esse album hominem: quod probat: nam si de omnibus aut affirmatio est uera aut negatio, cum de ligno illa sit falsa: lignum est albus homo, hæc de illo erit uera: lignum est non albus homo, quod uidetur impossibile: et reddens propositionem maiorem uniuersalem ueram in omnibus, addit. Sed si hoc modo in his sit, etiam in illis in quibus esse non additur, idem facit id quod pro ipso esse sumitur. Cuius exemplum ponit dians. Nam huius, homo ambulat, non est hæc negatio, non homo ambulat: sed illa, homo non ambulat: nam nihil differt dicere, hominem ambulare, per uerbum adiectiuum, et esse ambulatam, per uerbum substantiuum. hucusque durauit suspensio orationis: deinde ponit conclusionem et terminat suspensionem, ut patet: et sic conclusio est, quod negatio debet addi uerbo et non modo.

At uidetur idem & esse & non esse posse: omne enim quod possibile est diuidi uel ambulare, possibile est & non ambulare & non diuidi. Causa autem huius est, quia omne quod hac ratione possibile est, non semper actu est: quapropter sibi etiam negatio competet. potest enim non ambulare ambulabile, atque non uideri visibile. at impossibile est ut de eodem τὰς ἀρτημέτρως φάσας ἕξ ἀποφάσας enuntiationes oppositæ sint ueræ.

Com. 30.

Arguit nunc ad oppositum questionis, et probat quod ad dandam contradictionem in his: negatio non ad uerbum sed ad modum addenda est. utitur autem tali syllogismo. contradictoria in quolibet diuidunt uerum et falsum: sed ponendo negationem uerbo et non modo, propositiones oppositæ non diuidunt in quolibet uerum et falsum, quoniam possunt esse simul ueræ, ut hominem possibile est ambulare, et hominem possibile est non ambulare. Huius causa est, quia possibile non est semper actu, eo quia esset necessarium: et ita tales non erunt contradictoriæ.

Debes scire, quod Aristoteles utitur hic definitione possibili posita primo priorum. Est enim possibile, nec necessarium nec impossibile. Propterea potest poni inesse, cum non sit impossibile: etiam potest poni non inesse, cum non sit necessarium: propterea addit. Causa autem huius est, quia omne quod hac ratione possibile est, non semper actu est: et per consequens, potest poni in non inesse, non esse, et quia non impossibile, potest esse, et in esse, et non esse, sunt simul de eodem: et ita non contradicant.

Non ergo eius quæ est, possibile esse, negatio est, possibile non esse. Contingit enim ex ijs, aut idem affirmare, atque negare simul de eodem, aut non per esse atque non esse, ea

quæ adduntur affirmationes atque negationes fieri. Si igitur illud impossibile est, hoc nimirum erit eligendum. Est ergo negatio eius quæ est, possibile esse, ea quæ est non possibile esse, & non ea quæ est, possibile non esse. Eadem quoque ratio erit de eo quod est, contingens esse, & enim negatio eius est non contingens esse. Et in alijs quoque simili ratione, cum in necessario atque impossibili.

Com. 31.

Uidetur, quod questionem motam soluat: et primo ait solutionem, et inquit. non ergo huius quæ est, possibile esse: negatio est, possibile non esse, negatione addita uerbo, solutio est, cum non sit addenda. Sed cui sit addenda dicit statim. probat, tamen prius, quod non sit addenda uerbo, quia aut de eodem erunt ueræ contradictoriæ, aut non uerbo addenda est negatio. Describit primum dians. si igitur illud impossibile est, hoc nimirum erit eligendum, uidelicet, ut negatio non addatur uerbo. Cui autem debeat addi, subdit. Est ergo negatio eius quæ est possibile esse: ea quæ est, non possibile esse, et non ea quæ est possibile non esse. Eadem quoque ratio est de alijs modis. Sic igitur patet, quod negatio addenda est modo et non uerbo.

Nam ut in illis, esse & non esse fiebant additiones. res uero, subiecta, alia album, alia homo. Sic in istis, esse quidem atque non esse fiunt ut subiecta. posse uero, atque contingere, additiones distinguentes uerum et falsum in his perinde ut in illis ipsum esse & non esse faciebant. Similiter hæc in eo quod est, esse possibile, & esse non possibile.

Com. 32.

Solutionem dictam amplius explanare uidetur, et uult quod tales modi ita se habent in talibus, ut esse et non esse se habeant in illis de inesse. Nam in illis de inesse, uerbum erat id penes quod fiebat additio negationis. Erant enim uerba additiones siue appositiones siue prædicationes: res ipse, ut album et homo, et id genus, subiecta uerbis erant. Similiter in his modalibus ipsum esse et non esse se habent ut subiecta: Modi uero se habent ut prædicationes siue additiones atque appositiones, que distinguunt uerum et falsum in his, uelut ipsum esse et non esse faciebant in illis de inesse. faciebant dico similiter, ut hæc de possibili esse, et possibili non esse.

Huius autem quæ est, possibile non esse, negatio est non ea quæ est, non possibile esse, sed ea quæ est, non possibile esse. Et eius quæ est, possibile esse, non ea quæ est, possibile non esse, sed ea quæ est, non possibile esse. Quapropter hæc possibile esse, & possibile non esse, sele mutuo sequi uidentur. Idem enim est possibile esse & non esse. Non enim eiusmodi sibi inuicem contradictiones sunt possibile esse, & possibile non esse, sed possibile esse, & non possibile esse, cum nunquam de eodem simul ueræ sunt.

ra sunt: opponuntur enim. Neque possibile non esse, & non possibile non esse, simul veræ sunt vnquam de eodem. Simili ratione & de eo quod est, necessarium esse, negatio non ea quæ est necessarium non esse, sed ea quæ est, non necessarium esse. Eius vero quæ est, necessarium non esse. ea quæ est, non necessarium non esse. Et eius quæ est, impossibile esse: non illa quæ est, impossibile non esse, sed ea quæ est, non impossibile esse. Huius etiam quæ est, impossibile non esse: illa uidelicet, non impossibile non esse.

Com. 33.

In ijs modo exempla ponit, et colligitur regula hæc. Quod contradictoria sunt per negationem additam modo ipso esse uel non esse, in utrisque eodem modo se habent. Cuius causam ait: quia hoc modo oppositione sumpta, non possunt de eodem uerificari. Illo uero modo, uidelicet negatione accepta penes uerbum: possunt sese sequi et de eodem uerificari. Verba translatione perspicua sunt.

Vniuersaliter itaque, ut dictum est, ipsum quidem esse ac non esse, statueri oportet uti subiecta. Hæc uero ad ipsum esse atque non esse ad iungere affirmationem atque negationem faciendum, atque has oppositas esse enuntiationes putare oportet, uidelicet, possibile non possibile, contingens non contingens, impossibile non impossibile, necessarium non necessarium, uerum non uerum.

Com. 34.
Digressio
maxia.
Dubitatio
De apposi-
tionibus.
Responsio
aliquorū.

Ex ijs uniuersaliter concludit, quod harum propositi-
onum dicta per esse uel non esse importata, subiecta sunt.
Modi uero ut prædicta, additiones ac appositiones ha-
bentur. Et que ait translatione sunt perspicua.

Circa dicta plurime questiones oriuntur. Prima est quo-
nam modo esse et non esse in illis de inesse appositiones
sue additiones sint. Res uero ipse, ut album homo, et id
genus sint subiecta.

Respondent quidam quod Aristoteles per appositiones
sue additiones intelligit formalia principia: sunt enim esse
et non esse formalia principia enuntiationum de inesse.
Modi uero formalia principia modalium. Et ita uolum,
quod nec modi modalium nec ipsum esse uel non esse illa-
rum de inesse, sint prædicationes sue prædicationes.

Confutatio

Sed hæc responsio nec re nec uerbis est peripathetica.
nullus enim unquam peripatheticus hoc loquendi modo u-
sus est: sed bene acallati metaphisias studijs tantum addi-
cti. Amplius doctissimus Boetius exponens uerbum illud
græcam ποσὶ βέρος, inquit, appositiones uocat prædicati-
ones, ubi uult ipsum esse et non esse prædicationes esse: quod
quidem uerbum ipsum græcam sonat: ut parum græcis li-
teris peritis patet. Rursus Aueroes in paraphrase huius
loci uult quod uerbum sit magis prædicationum ipso nomine:
quia est forma, e qua omnis proficiatur orationis uo,

Expositio
propria

Dico igitur, quod esse et non esse in illis de inesse
prædicationes sunt sine ποσὶ βέρος, hoc est, appositiones, qui-
bus nomen nomen copulatur. Similiter modi sunt apposi-
tiones sine prædicationum modalium, queq; a nonnullis forma-

lia prædicationum dicuntur, et non imperite. Vtrobique enim
modus modalibus, esse uel non esse illis de inesse, inheren-
tiam significationem prædicationum ad subiectum. Hæc de apposi-
tionibus. Post hæc quid sit possibile, quidue necessa-
rium, et inesse transigamus. Aristoteles itaq; i. Priorum

De possibili
li contingit

ca. 1. ipsum ἐν δὲ ἄλλοις: quod latine est, contingens sic
describit, contingens est, quo non existente necessario, pos-
to autem esse aut non esse, ex illo nihil erit impossibile.

Quid cōtin-
gens.

Circa definitionem possibili uideamus quid alij dicant.
Δωρατόν, quod nos possibile dicimus, uniuersaliter quid
quam necessarium esse autumant. Diuidunt enim enun-
tiationes hoc modo, quod alie sunt possibles, alie impos-
sibiles. Rursus possibilem, alie necessaria, alie non ne-
cessaria. Et iterum, non necessariarum, alie possibles, alie
impossibiles. Est autem propositio non necessaria possi-
bilis: cuius significationem potest prohiberi et non prohiberi
a ueritate: quod etiam Auicenna sentit. Hæc stōia de ipso
possibili.

Stōia possi-
bile.

Sed hoc stare non potest. Primo, quia diuisio eorum fal-
sa est: nã una et eadẽ species non potest esse genus et spe-
cies respectu eiusdem: quare non recte diuiduntur propo-
sitiones possibles per necessarias et non necessarias: et
rursus non necessarias per possibles atque impossibiles.
Huic etiam Aueroes obiicit, secundo physice auscultati-
onis. commento .4. 8. cuius rationes ibidem perquirantur.

Confutatio.

Difertus uero Diadorus inquit, possibile est, quod quã
doque erit, quandoq; nõ erit. adiecit rursus ipsius possibilis
unum significationem. uidelicet, id quod iam exiit ad actum:
quod nos diximus de inesse. aliud uidelicet, quod potest
exire, nondum tamen exiuit.

Confutatio.

Nec hoc (ut mihi uidetur) stare potest. nam uidetur
illa definitio esse data a posteriori. possibile enim ideo ca-
rit uel non erit: quia est possibile, et non quia erit quan-
doque et quandoque non erit possibile.

Confutatio.

Philon inquit: possibile esse aut quod iam exiit ad
actum, aut quod potest exire, et si nunquam existet: sicut
dicimus sensibile esse, quod est in profundum hostium.

Positio
Diadori.

Nec hæc uidetur competens, nam non distinguit inter
possibile et inesse, sed confundit omnia.

Confutatio.

Ex Boetij commentationibus sumitur multifarius signi-
ficatus uerbi possibilis: unus quidem est, eius quod non est,
potest tamen esse, ut naualem pugnam esse. Alius, eius
quod actu est, et non potest deficere: ut cygnum esse al-
bum, et solem oriri. Alius, eius quod actu est, et potest
non esse, quod dicitur possibile non esse, ut Socratem mo-
ri, si uiuit. Vltimus, eius quod actu est, et nunq̃ nõ erit,
aliquando tamen non fuit, ut igni calor, aut niui frigus,
aut animum esse. Aliquando enim non fuit, sed postquam
est, nunquã deest. Iuxta igitur hos modos Albumasarus,
ut Aueroes narrat in paraphrase primi priorum, sic de-
finitionem Aristotelis intelligit, contingens est possibile non
necessarium, quo, posito in esse, nullum sequitur impossibile.
Ait enim possibile genus esse ipsius contingens, nam ut a-
it, omne contingens est possibile, et non contra: quia pos-
sibile sequens ad necessarium est possibile, quod quidem
non est contingens. Additur uero non necessarium loco dif-
ferentia: hoc enim differt a necessario. Illa uero particula,
quo posito inesse nullum sequitur impossibile, est propi-
um contingens.

De definiti-
onibus
possibilis.

Sed hæc expositio dupliciter peccat. Primo, quia posita
Confutatio.

bile et contingens semper Græci sumunt pro eodem. So-
lum enim, ut Porphyrius dicit, differunt quod possibile
potest infinitari: ipsum uero contingens non. Secundo
uidetur illa particula superflua, uidelicet quo posito inesse
nullum sequitur impossibile. Potius enim deberet dicere,
quo posito in non esse, nullum sequitur impossibile.

Expositio
Auer.

Aueroes uero intelligit, per quo non existentem nece-
sario: genus contingens siue possibile, quod est non nece-
sarium. Omne enim contingens est non necessarium, et nõ
contra. Impossibile enim non necessarium est. Per id quod
dicit, posito autem inesse nullum sequitur impossibile. in-
telligit differentiam, et sic possibile siue contingens est
non necessarium nec impossibile. Hanc expositionem in-
telligit Philoponus ibidem, cum inquit Aristoteles autem
media uia usus est: et significationem possibilis assignauit
esse id quod nondum exiit: potest tamen exire. Quare
possibile esse, est quod nõ exiit, et potest exire, ut nauale
bellum esse. Possibile non esse, est quod existit, et potest
non esse, ut Socratem mori, uel non uiuere.

Quid sit
in esse.

Consequenter per hæc patet, quid sit inesse. Est e-
nim inesse, possibile positum in actu, ut hominem cura-
re. Non inesse uero, possibile non esse ad actum de-
uentum. Hoc autem græce est ἐννοια, eo quia inesse est, aut
ἐπινοια: cum non sit actu.

Quid nece-
sarium.

Ipsium uero necessarium, quod græce est ἀναγκαῖον:
siquidem est, et non potest non esse: ipsum necessarium
esse erit. Siquidem non est, et non potest esse: ipsum im-
possibile siue necessarium, non esse erit. Hæc de possibili
contingenti, necessario, et impossibili.

An modalis
sit de se sibi
uero uel cõ.

Consequenter an modalis sit duplex de sensu compositi-
to uel diuiso, transigamus. Sorticole itaq; communiter
omnes propositionem modalem omnem uolunt esse distin-
guendam, quoniam alia est de sensu diuiso, cum modus ne-
ciat. Alia est de sensu composito cum præcedit aut sequi-
tur, quibus Aristoteles secundo elenchorum, capite secun-
do assentire uidetur: dicens, secundam compositionem sunt
huiusmodi, ut posse sedentem ambulare, et non scri-
bentem scribere. Non enim idem significat, si diuidens
quis dicat, et componens: et ita tales propositiones ha-
bere uidentur sensum duplicem: quorum quidem differen-
tiam nunc omitto: quia plurima ab illis passim scribuntur.

Confutatio.

Ego uero post tantum circa Aristotelis libros: græcos
quoq; suos expositores studium atq; laborem non memi-
ni me legisse eiusmodi nugas, que mentem impediunt a
philosophia, et animum confundunt. Dico tamen Ale-
xandrum aphrodisium, Philoponum, atq; Aueroem, cæ-
terosq; peripateticos fuisse uim in eiusmodi propositi-
one. Necessario currens ambulat: nam currens et ambu-
lans possunt aliquando sumi pro subiecto, cui ambulatio
et cursus accidunt, aliquando pro accidente ipso: ambu-
latione uidelicet et cursu. Siquidem pro subiecto, aiunt
contingenter ambulans currere, siue currens moueri, si
pro accidentibus necessario ambulans mouetur, nam am-
bulans necessario mouetur quatenus ambulat. Si igitur
sorticole sensum compositum uocant, quando extrema pro
accidentibus sumuntur, peripateticæ loquuntur. Simili-
ter quoq; si sensum diuisum uelint pro subiectis: etiam be-
ne dicunt, nec Aristoteli, nec expositoribus contra-
dicunt. Hoc enim modo Aristoteles loquitur in libro elen-
chorum. In libro enim priorum, cum hi sensus ad syllogi-

sticam formam differentiam non faciunt, ab Aristotele non
distinguntur. In libro uero elenchorum cum ad paralaxi-
smos conuocatur ibidem distinguit.

Vltimus sorticole dicitur illam de sensu composito, esse
se de inesse, non autem modalem. Aut eam de sensu diuisi-
so, so lam faciunt modalem.

Quid sorti-
de modalib.
Confutatio.

Quod quidem deliramentum est. Primo, quia Aristote-
les modos appositiones uocat se habentes, ut esse et non
esse in illis de inesse, et non distinguit sensum aliquem, e-
tiam nec expositor ullus græcus. Secundo, si eiusmodi es-
sent de inesse: tunc Aristoteles in libro. i. priorum tales non
doeret syllogizare nisi in syllogismo de inesse. Vbi con-
stat illum non has syllogizare in puris de inesse.

Tertio, tunc in ijs contradiçtio esset sumenda penes
dictum et non penes modum: quod Aristoteles non conde-
ret. Quarto, tunc tales probarentur secundum exigen-
tiam primi termini, et non officialiter ut sorticole aiunt.
Demum nec Alexander, nec Aueroes, nec Philoponus
hæc fecerunt in libro priorum, nec hic.

De sensu modi

Et de sensu modi agamus, ab Aristotele itaq; aperte ha-
bentur tales modos esse ποσὶ βέρος siue prædicationes, siue
appositiones. Quare si græcos sectabimur, modos sem-
per in primo loco statuimus, ueluti uerbum in illis de in-
esse. Si Latinos, ponemus in fine ut Boetius seruat.

De sensu modi

Sunt tamen nonnulli, qui uolunt hos modos dum præ-
cedunt, facere compositionem, dum uero sequuntur aut me-
diam facere diuisionem: quod quidem friuolum esse ex
dictis patet.

Sorti. pō.

Nos enim cum peripateticis dicimus, nomina enim
quod ubicunque ponuntur eodem modo sunt, nomina enim
et uerba transposita idem significant, semper tamen u-
bicunq; sint, multiplicem propositionem efficiunt: quate-
nus subiectum potest sumi pro subiecto et materia, et pro
accidente, ut diximus: quod quidem ad rem syllogisti-
cam non refert.

Positio
propria

Et quoniam modo tales modi modales efficiant propo-
sitiones dicimus. Sorticole itaq; aiunt modos, tunc effia-
re propositiones modales, cum aduerbialiter tenentur.

Quo modò
efficiant mo-
dales.

Mouentur, quia aduerbialiter tenta sunt synthegorema-
ta: nominaliter uero sumpta, sunt cathegoremata. Propte-
rea dicunt eiusmodi: hominem comedere est contingens,
aut solem oriri est necessarium, esse de inesse, et non mo-
dales, nisi secundum quid, et metaphoricæ: uelut homo
picus est homo. Hæc uero sunt modales contingenter ho-
mo currit, necessario sol oritur, et id genus. Pro his sole-
banus arguere. Primo, quia in qualibet illarum notatur
prædicationem inesse subiecto, igitur est de inesse. Secundo,
facio hunc syllogismum, omne contingens est possibile, homi-
nem currere est contingens, igitur hominem currere est
possibile: hic namq; syllogismus est in specie syllogismorum,
et de inesse, igitur illæ propositiones sunt de inesse. Ter-
tio, tunc propositio contingens conuenteretur in terminis
contra Aristotelem primo priorum, quia bene sequitur ho-
minem currere est contingens, igitur contingens est homi-
nem currere. Quarto, hæc conuenteretur, b, est a, igitur nul-
lum a, est b, sed quoduis horum potest esse subiectum hu-
ius nominis contingens: igitur bene ualeat, nullum a, b, est con-
tingens: igitur nullum contingens est a, b. Quinto, ualeat ali-
quid possibile est hominem currere, igitur hominem cur-
rere est possibile. Multa alia dicuntur, que cum sint frivola,
omitto.

1. Positio.

Confutatio. Sed hæc positio stulta est, & stultissimum est contra eam esse sollicitum, primo topicorum, Boetius enim, Ammonius, Porphyrius nullam uim faciunt in talibus, quocumque modo illi modi sumantur. Omnes enim, dicunt idem significare iustum & iuste, idem bonum & bene. & per consequens idem significat contingens quod contingenter, necessarium quod necessario.

Positio propria. Dico igitur, quod Aristoteles nec illas uocat modales, nec has de inesse: sed solum ait alias esse de, inesse, alias de necessario inesse, alias de possibili inesse. Quicquid tamen sit scilicet forticolis, dicarem tales propositiones posse accipi secundum se totas: & hoc modo hæc de inesse, necessarium est solum oriri, & id genus, aut secundum dicta, quibus modi appositiones sunt, siue prædicationes, & tunc sunt modales. Quia ratione patet argumenta nulla esse.

Penes quid contradicti. Penes quid uero contradictio in talibus sumenda sit, dicamus. Anonymi, quos narrat Philoponus primo priorum, dixerunt in illis de contingenti uel possibili contradictionem esse sumendam per negationem præpositam toti semper. In illis de necessario inesse dupliciter, præponendo modo, & præponendo uerbo: hæc enim contradiam, necessarium omnis homo est animal, & necessarium quidam homo non est animal: uel illæ, necessarium omnis homo est animal: non necessarium omnis homo est animal. Pro his facit Aristoteles primo priorum, ubi docet syllogizare in quarto secunda, & quinto uerba: & docet reducere eos per oppositum conclusionis in his de necessario inesse, ei dum sunt oppositum, accepit contradictorium in dicto, & non in modo. Amplius Aristoteles docet syllogizare ex puris necessarijs in secunda figura: ex contingentijs uero, dicit nihil in illa syllogizari: hoc autem non esset, si uis necessariæ esse uis affirmatiouis.

Sol. propr. Icarco absolute apud Aristotelem dico, quod contradictio sumi debet penes negationem uel affirmationem modi. Sunt autem modi sex, possibile, contingens, necessarium, impossibile, uerum, falsum: Licet uerum & falsum sine modi secundum usum, non secundum ueritatem, cum reducuntur ad illos, ut diximus. Quare qualibet modalis potest esse, aut tota affirmatiua, quoties modus & dictum sunt ambo affirmatiouis: aut tota negatiua, cum modus & dictum negantur, aut partim affirmatiua & partim negatiua, cum uel modus uel dictum affirmatur, cæterum negatur. Absolutè tamen sumenda est contradictio penes modos.

Tunc ad rationes, ad primam dico, quod docet reducere illas per contradictorium dicti: quoniam uis illius est maior uis uirtus illarum de inesse.

Ad secundam, non est absurdum syllogizare ex affirmationibus in secunda figura in aliquibus modalibus, quando dicta illarum habent uim propositionum de inesse. In contingentijs uero non sic: quoniam dictum contingentis non potest habere uim propositionis negatiuæ de inesse, cum conuertatur ad oppositam qualitatem.

De quantitat. Et de quantitate talium agamus, dicunt itaque forticolarum nonnulli, tales enuntiationes siue propositiones nullius esse quantitatis. Mouentur, quia terminus subiectus suspenditur à propria denominatione. Amplius, quia non mensuratur à propria acceptione respectu suppositorum: & ita uolunt tales enuntiationes nullius esse quantitatis.

Confutatio. Hæc positio non est peripatetica. Primo, quia Aristoteles ubique, ubi aut propositionem aut enuntiationem diuidit

semper per uniuersale & particulare & indefinitum diuisit, & nullam excludit. Amplius, omnis propositio uel enuntiatio ex materia constat & forma. igitur sicut ratione forme dicitur qualis affirmatiua, uidelicet uel negatiua: ita ratione materie dicitur quantitas uniuersalis, uidelicet, uel particularis, aut indefinita. Tertio, ex non quantis non fit syllogismus: aliter non regularetur per dictum de omni uel de nullo, & esse in toto.

Potest igitur dici & peripatetica, quod in talibus potest notari quantitas triplex. Una penes modum. Alia, ratione subiecti ipsius dicti. Tertia, respectu totius dicti. quatuor est unum singulare dictum respectu illius propositionis. Si respectu modi, necessarium & impossibile faciunt uniuersalem: quoniam pro omnibus suppositis temporis, ut Auerroes inquit in libro priorum, ut deum esse, est necessarium: quoniam in omni differentia temporis: similiter & hæc impossibile est hominem esse equum: quia in nulla differentia temporis erit uel est uel fuit equus. Hæc sunt particulares, contingens esse, possibile esse: quia pro aliquibus differentijs temporum. Si respectu subiecti dicti: sic erit quantitas iuxta signi subiecto addit naturam. Et pro hac docet syllogizare Aristoteles in prioribus. Si uero respectu totius dicti, sic est singulare: quoniam ut sic dictum singulariter tertijs subijatur, modus prædicatur, ut sentit Boetius. Per hæc patet solutio ad obiecta.

Et de oppositionibus dicamus: est enim maximum dubium, cur Aristoteles solum docuit contradictionem sumere, et non contrarietatem, uel alias oppositiões. Patet enim, quod hoc ideo factum: quia loquitur de his secundum se totas: & cum sit sic, sunt solum singulares, & in singularibus nulla sit oppositio nisi contradictoria: ideo docuit solum contradictionem. Hæc de modalibus.

Consequentia uero etiam per rationem fiunt hoc modo ponentibus. Ad illam enim quæ est, possibile esse, hæc sequitur quæ est, contingens esse. Atque hæc cum illa conuertitur, uidelicet & non impossibile esse, & non necessarium esse. Et uero quæ est, possibile non esse, & contingens non esse, ea quæ est, non necessarium non esse, & illa quæ est, non impossibile non esse. Illi præterea quæ est, non possibile esse, & non contingens esse, ea quæ est, necessarium non esse, et impossibile esse. Et rursus quæ est, non possibile non esse, & non contingens non esse, illa quæ est necessarium esse, & impossibile non esse. Consideretur autem τὸ λεγόμενον quod dicitur ex subscriptione hac.

Consequentia secundum rationem.

A Possibile esse, contingens esse. Infert. Non impossibile esse, non necessarium esse. C

A Possibile non esse, contingens non esse. Infert. Non impossibile non esse, non necessarium esse. C

Propria positio.

De oppositiõ.

ipso impossibili.

A Non possibile esse, non contingens esse. Infert. Impossibile esse, necesse non esse. C

A Possibile esse, contingens esse. Sequitur. Non impossibile esse. C

A Possibile non esse, contingens non esse. Sequitur. Non impossibile non esse. C

A Non possibile non esse, non contingens non esse. Infert. Impossibile non esse, necesse esse. C

A Non possibile esse, non contingens esse. Sequitur. Impossibile esse. C

Com. 35.

De quo igitur nunc Aristoteles agit, uidetur ambiguum: nonnulli uolunt Aristotelem nunc agere de equipollentijs. Sed hoc non placet. Nam apud forticolis equipollentia inuenta est, ut igitur propositio ad notitiam transferatur. Modo Aristoteles docet transferre non tantum ignotam ad notitiam, sed e conuerso indifferenter. Philoponus appellat inscriptionem præsentem, conuersionem, quia uidelicet una propositio in aliam uertitur, Aristoteles uero τὸ ἀποδοτικὸν hoc est consequentiam & ἀντιστρέφει, hoc est, conuersiones. Quoniam una ad alteram, & e conuerso sequitur. Videtur igitur intentio partis de consequentijs conuersiuis modalium esse. Ante igitur quæ ad rei ueritatem ueniunt, primo constituit ordines & consequentias secundum antiquos: quos greci uolunt fuisse Stoicos. Deinceps circa illam figuram disputat, quid bene & quid male dictum est: ponendo regulas conuersionum atque consequentiarum. Et hoc proponit dicens. Consequentia uero etiam per rationem fiunt hoc modo ponentibus, & subdit regulas illorum: quæ ex subscriptione apparet. Vbi debes scire, primo, quod omnia quadrangula ipsorum A, A, A, A, ab ipsis stoicis, ut antea sententia stantebantur. Omnia uero ipsorum C, C, C, C, ut consequentia conuersim colloabantur. Secundo debes scire, quod consequentia & omnia quæ dicuntur de his, accipiuntur per terminos transcendentes, esse, uidelicet, & non esse, ut sint communes ad omnes alios prædicamentales, cuius uis quantitatis sint: si tamen uelles, posses terminos specificare ad libitum. Reliqua uerba textus ex subscriptione figuræ patent.

Corrigi dictam positionem, & uult esse ueram quoad omnia quæ dixit de possibili & contingenti, & de ipso impossibili. In quibus uerbis innuit duas regulas. 1. Regula. Prima, contingens quouis modo sumptum conuertitur cum possibili eodem modo sumpto. causa est, quia sunt idem omnino non differunt, ut Porphyrius dixit: nisi quia possibile infinitari potest sine particula negatiua: contingens uero minime. Non enim dicimus in contingens, ut dicimus impossibile, sed dicimus non contingens. Quare possibile esse, & contingens esse, primi anguli siue quadranguli ipsorum A, conuertuntur. Sic singule singulorum quadrangulorum eiusdem lateris, hanc regulam non explicat Aristoteles, sed dat eam intelligere. Secunda regula possibile & impossibile sese sequuntur contradictorie, hoc est per negationem præpositam. Seruatis enim dictis eodem modo, quo ad qualitatem & quantitatem sunt equipollentes ei conuertibiles per solam negationem præpositam. Huius declaratio est, quod possibile siue contingens ad ipsum impossibile se habet contradictorie. Dicimus enim, quod in modalibus est triplex quantitas: quarum una est respectu suppositorum tæporis. Et de hac Aristoteles loquitur hic: & hoc modo impossibile est uniuersale, ad nullam differentiam tæporis. Contingens uel possibile particularæ, ad quasdam differentias tæporum. Necessarium uero uniuersale ad omnem differentiam tæporis: quare recte dicit, quod equipollentia contingentis siue possibili ad ipsum impossibile accipitur contradictorie, hoc est per negationem.

Com. 36.

1. Regula.

2. Regula.

Declaratio regule.

per negationem prepositam modo: quia possibile ad ipsum impossibile se habet contradictorie. inquit. ipsum igitur impossibile atque non impossibile ad ipsum contingens atque possibile: rursus ad non contingens & non possibile: sequitur quidem contradictorie singula singulis distribuendo, ut non possibile ad impossibile, non impossibile ad possibile: & de contingenti eodem modo. Addit etiam in eodem: quia non modo equipollenter, sed convertibiliter sese sequuntur. Huius expositionem subscribitur dicens: nam ad ipsum possibile esse: ea negatio ipsius impossibilis sequitur, que est, non possibile esse. Ad negationem vero affirmatio ut ad non possibile esse, impossibile esse. Quia impossibile esse, affirmatio est non impossibile vero esse, negatio. Sic igitur quo ad has duas regulas Stoia recte sensere.

Ad ipsum necessarium, quoniam modo se habeat, considerandum est. Peripicuum itaque ipsum non illo modo sese habere. Nam cum in *ἄνα τὴν ἐπιτροπὴν*, et *ἄ ἀντιφάσεις* xepis contrarie quidem sequitur, contradictorie vero non.

Com. 37. Regula.

Rō. regula.

Nunc quo nam modo ipsum necessarium se habeat ad ipsum impossibile declarat. Et ponit talem regulam tertiam, quod necessarium & impossibile sese sequuntur convertibiliter, non autem contradictorie. Hoc est per negationem prepositam modo: & non per negationem prepositam.

Huius regule ratio est: quia necessarium & impossibile opponuntur contrarie: quia impossibile pro nullo supposito temporis: necessarium pro omni supposito temporis: ideo equipollentia erunt per negationem prepositam: ea ratione videlicet, qua fit in contrariis. Et in hoc patet error dialektice figure, inquit. At ipsum necessarium, quoniam modo se habeat, considerandum est. Peripicuum itaque ipsum non illo modo sese habere, quo impossibile & possibile se habent: nam contrarie quidem ipsum necessarium sequitur ad ipsum impossibile: contradictorie vero sequitur, siue ut in *græco* licet contradictorie per negationem prepositam est extra, & non se inferunt.

Neque enim eius quod est *ἀναγκαῖον*, necesse non esse, negatio erit, non necesse esse *ἀναγκαῖον*. Possunt enim ambæ de eodem esse veræ. Nam id quod est necessarium non esse, est non necessarium esse.

Com. 38.

Obijacet quis contra Aristotelem, nam necesse est, non esse, contradicit illi quod est, necesse esse: igitur equipollent illi non necesse esse. A Equipollent illi non necesse esse: igitur non equipollent illi impossibile esse: quoniam unus propositionis una est equipollentia. Respondet magister, quando assumptam, quod hæc, necesse est non esse, contradicit illi: non necesse esse. Imo, ut dicit, sunt simul: quoniam hominem esse equum, est necessarium non esse, & non necessarium esse: quia non necessarium esse, est possibile alium: quod sequitur ad impossibile secundum unum di modum, & ad necessarium secundum alium, inquit. Neque enim eius, quod est, necesse non esse, negatio erit, non necesse esse. Possunt enim ambæ de eodem esse veræ: nam

id quod est necessarium non esse, ut hominem esse equum, est non necessarium esse, hoc est, contingens alium, quod secundum alterum dimidium prædicatur de impossibili, secundum alterum de necessario.

Causa vero cur *τὸ μὴ ἀναγκαῖον* ἀναγκαῖον non sese sequantur quemadmodum cetera, est, quia ipsum impossibile contrarie sumptum equipollens redditur ipsi necessario. Nam quod impossibile est esse, non quidem ipsi, necesse esse, sed potius ipsi, necesse non esse, & equipollent. At quod impossibile est non esse, hoc necessarium est esse. Quare, ut ea illa ratione sese sequuntur, possibile videlicet, & non possibile, ita hæc contrarie. Quoniam illo modo non significabunt idem, necessarium & impossibile, sed modo nunc dicto convertuntur.

Com. 39.

Nunc redditur causam tertie regule. & quia ex dictis patet Legi litteram. Causa vero, cur non sese sequantur hæc de necessario & illa de impossibili, quemadmodum cetera, videlicet, per negationem prepositam, est, quia ipsum impossibile contrarie sumptum per negationem prepositam, equipollens redditur ipsi necessario. Nam quod impossibile est esse, non quidem ipsi necesse esse, sed potius ipsi, necesse non esse, & equipollent. At quod impossibile est non esse, hoc necessarium est esse. Ideo inferuntur regulas ambas, dicens. Quare ut ea, videlicet, possibile & non possibile illa ratione per negationem prepositam sese sequuntur: ita hæc contrarie per negationem prepositam quoniam illo modo sumpta per prepositam negationem non significabunt idem: sed modo nunc dicto, per prepositam negationem convertuntur.

An impossibile est sic poni ipsius necessarii contradictiones. Nam ad ipsum quidem necessarium esse, sequitur possibile esse. Si enim non sequitur, illius negatio sequetur. Cum sit necessarium aut affirmare, aut negare. Quare si non possibile est esse, impossibile est esse. Igitur id quod necesse est esse, impossibile est esse: quod quidem est absurdum.

Com. 40.

Nunc disputat, quoniam modo ipsum necessarium coordinatur cum ipso possibili. Et probat, quod non bene ordinatur, ut fecerunt Stoia in primo angulo siue quadrangulo lateris ipsorum, C. Illi enim volebant hæc se mutuo sequi, possibile esse & non necesse esse: probat igitur, quod negatio preposita non facit equipollentiam in his. Et utitur tali entimemate: ad necessarium esse, sequitur possibile esse: igitur ipsum possibile esse, non sequitur ad ipsum non necessarium esse, per regulam prioristiam: nihil unum sequitur, ad duo contradictoria.

Quod autem possibile esse, sequatur ad necessarium esse, probat: quia si non sequitur ipsum possibile esse ad illud, sequitur ad illud non possibile esse, quoniam si unum contradictorium non sequitur, alterum

Alterum ad illud sequi necesse est. Quod si ad necesse esse, sequitur non possibile esse, tunc sequitur impossibile esse, per regulam traditam paulo ante: & ita ad necesse esse sequitur impossibile esse inquit. An impossibile est, sic ponit ipsius necessarii contradictiones, videlicet, per negationem prepositam, ut Stoia fecerunt, quod probat dicens, nam ad ipsum quidem necessarium esse, sequitur possibile esse, subaudi tu, igitur ipsum possibile esse, non sequitur ad non necesse esse, per regulam prioristiam, nullum unum sequitur, ad duo contradictoria. Quod autem possibile esse, sequitur ad necesse esse, probat dicens, si enim non sequitur, illius negatio sequitur, videlicet non possibile esse, cum de quolibet sit necessarium aut affirmare aut negare. & ita sequitur ad necesse esse, non possibile esse: quasi si non possibile est esse, hoc est, quare si ad necesse esse, sequitur non possibile esse, sequitur impossibile esse, quia non possibile esse, & impossibile esse equipollent per regulam secundam, igitur id quod necesse est esse, impossibile est esse: quod quidem est absurdum. & ita oportet dicere ad necesse esse, sequi possibile esse, & per consequens ipsum possibile esse, non sequitur ad non necesse esse. Quia nihil sequitur, vel convertitur cum duobus contradictoriis.

Com. 41.

Insuper etiam ad possibile esse sequitur non impossibile esse, ad hoc autem non necessarium esse sequebatur: quare fieri posset ut id quod necessarium est, non necessarium sit, quod quidem est absurdum.

Secundo arguit possibile esse sequitur ad necesse esse: igitur ad possibile esse non sequitur non necesse esse, deducit, quia ubi possibile sequitur ad necesse esse, ualeat necesse esse: igitur possibile esse. Vtraque possibile est esse, igitur non impossibile est esse, per secundam regulam. Vltra, non impossibile est esse, igitur non necessarium est esse, quia per Stoicos non necesse esse, & non impossibile esse convertuntur, et ponuntur in uno angulo. Quare si possibile sequitur & convertitur cum non necesse esse, cum ipsum sequatur ad necesse esse: tunc ad necesse esse, sequitur non necesse esse. Si igitur per duas rationes patet hæc non converti, possibile esse, & non necesse esse, inquit. Insuper etiam, subaudi, ad necesse esse se, ualeat possibile esse, igitur non necesse esse non sequitur ad possibile esse, quod deducit dicens, ad possibile esse sequitur non impossibile esse, ad hoc per Stoicos non necesse esse sequebatur: quare fieri posset ut id quod necessarium est, non necessarium sit.

Com. 42.

At vero neque necesse esse sequitur ad possibile esse. Nec ad idem sequitur necesse non esse. Et in utrumque accedere potest: horum vero utrumvis verum sit, non erunt profecto illa vera. Id enim simul possibile est esse, & non esse. At necessarium si est vel non est, non erit ad utrumque possibile.

Hactenus fortasse probauit, quod possibile esse, & non necesse esse non convertuntur sumendo possibile pro possibili alio: nunc quod sumendo possibile pro contingenti ad utrumque: probat etiam quod non convertitur cum necesse

esse, nec cum necesse non esse. Vtitur autem tali ratione: quod libet contingens hoc modo sumptum est ad utrumque. Necesse sarium non est ad utrumque: siue sit necesse esse, siue necesse non esse: igitur necesse esse non potest converti cum possibili, nec necesse non esse inquit. At utrumque necesse esse sequitur: & uerum ad possibile esse, nec ad ipsum idem possibile sequitur necesse non esse. Deinde accipit maiorem dicens: et namque, ut possibile esse utrumque, accedere potest quia convertitur ad oppositam qualitatem, hæc est maior: Deinde sumit maiorem dicens, horum uerum utrumvis, uidelicet, uel necesse esse, uel necesse non esse uerum sit, non erunt profecto illa ueræ: ambo uidelicet, & non esse, quod explicat dicens, id enim simul possibile est esse & non esse, quoniam possibile convertitur ad utrumque. Ad necessarium si est, uel non est, non erit ad utrumque possibile: ipsum igitur necesse esse, & ipsum necesse non esse, cum ipso possibili converti non potest.

Relinquitur igitur, non necessarium non esse sequi ad possibile esse. Hoc nanque uerum est de eo quod est necesse esse.

Com. 43. 4. regula.

Ex dictis dat quartam regulam, quod uidelicet, negatio preposita modo necessarii, & postposita facit equipollentiam ipsi de possibili esse. Huius causa est, quia necesse esse, & possibile esse, se habent ut subalterna: nam ipsum necesse esse, est uniuersale temporis, ipsum possibile esse, est particulare. Sed negatio preposita & postposita facit equipollentiam suo subalterno. Hæc igitur convertuntur, non necesse non esse, & possibile esse, & hæc non possibile non esse, & necesse esse. Sed dices, possibile esse, stat cum necesse esse, cum ipso necesse esse, non stat ipsum non necesse non esse: quasi solus inquit. Hoc nanque, uidelicet, non necesse non esse, uerum est de eo quod necesse esse, aut fortasse sic intelligi hoc nanque, hoc est, non possibile non esse, nec de eo, quod est necesse esse, sic igitur in his accipitur equipollentia per negationem prepositam & postpositam. Et ita patet quarta regula.

Hac enim etiam ratione contradictio fit ei que sequitur ad non possibile esse. Ad illud enim sequitur impossibile esse, & necessarium non esse. Cuius negatio est, non necessarium non esse. Igitur & hæc contradictiones modo dicto se sequuntur, atque nihil impossibile sequitur, si sic ponantur.

Com. 44.

persuadet responsonem & regulam datam, uidelicet, quod necesse non esse equipollent ad possibile esse. Et ait, qui hæc contradicit illi: non possibile esse: igitur sequitur ad hanc possibile esse, quicquid enim contradicit uni, contradictorie orum stat cum altero. Quod autem contradicit ad non possibile esse declarat, quia non possibile esse, & impossibile esse, & necessarium non esse convertuntur, modo non necesse non esse contradicit illi, necesse non esse: nihil enim uerum est contradicare per negationem prepositam: & ita hæc contradicit necesse non esse, & non necesse non esse: quare hæc contradicit illi, impossibile esse, & non possibile esse.

Eij quod

quod erat probatio nostra. Igitur. Hæc enim etiã ratione ipsi non necesse non esse contradictio fit ei que sequitur siue est idem cum non possibile esse. Et ita si hæc, non necesse non esse, contradicit illi, non possibile esse, sicut am hæc videtur. Hæc possibile esse, quia possibile esse est non possibile esse, contradicit. Quod autem non necesse non esse contradicit ad non possibile esse, probat dicens ad illud enim, videtur licet, non possibile esse, sequitur impossibile esse, per secundam regulam: necesse non esse, per tertiam regulam. Cuius necesse non esse negatio est, per præpositam particulam, non necesse non esse. Igitur concludit, et hæc contradictiones modo dicto se sequuntur, atque nihil impossibile sequitur, si sic ponantur. Est igitur, ut rationis, non necesse non esse contradicit ad non possibile esse, igitur conuersim cum possibile esse. Quarta itaque regula est negatio præposita et postposita fiat conuersionem in his de necessario et possibili.

Dubitatur autem quispiam, vtrum ad necesse esse ipsum possibile esse equatur. Nam si non legitur, contradictio videlicet, non possibile esse, sequitur. Et si quis dicat non hanc esse contradictionem, necesse erit eum dicere contradictionem esse hanc, videlicet, possibile non esse, quæ quidem ambæ de ipso necesse esse, falsæ sunt.

Quoniam accipit ad necesse esse sequi possibile. Iamro dubitat, vtrum ad necesse esse sequatur possibile. Et primo arguit quod sic nam si ad necesse esse non sequitur possibile esse, sequitur summi contradictorium, videlicet non possibile esse, per regulam contradictoriam, quæ dicit, quod de quolibet dicitur alterum. Vltra ad necesse esse sequitur non possibile esse, igitur sequitur impossibile esse per regulam equipollentiarum non possibile esse, dicitur in uere impossibile esse, quod est absurdum. Dicitur foris, quod contradictorium eius quod est possibile esse, est illud possibile non esse, per negationem postpositam. Et dicit hoc sit contra regulam secundam. Probat etiam non esse bene dictum, et inquit, quod etiam hæc repugnat ad necesse esse, non enim stant simul necesse esse, et possibile non esse. Per hanc itaque rationem, possibile esse videtur sequi ad necessarium esse.

At vero rursus id quod idem est, diuidi & non diuidi, atque esse & non esse possibile videtur, quare ipsum necesse esse, erit contingens non esse, quod quidem falsum est.

Ad oppositum arguit, et probat, quod necesse esse non fit possibile esse, nam possibile esse est ad utrumque. Ipsum necesse esse, est ad unum. Non igitur potest necesse esse, dici possibile esse, quia etiam dicitur possibile non esse. Et ita videtur quæstio dubia pro utraque sui parte.

Perpicuum itaque non omne quod potest aut esse aut ambulare, etiam opposita valere. Sunt enim quedam in quibus non est verum.

Com. 45.

Com. 46.

Primum quidem in his quæ non per rationem possunt, ut ignis potest calefacere, & potentiam habet irrationabilem. Hæc itaque potentia quæ per rationem sunt, eadem etiam plurimorum sunt contrariorū. Quæ autem sine ratione sunt, non omnes tales erunt, quia (ut dictum est) ignis non potest calefacere & non calefacere. Nec cætera alia quæ agunt semper, quædam tamen possunt etiam per irrationabiles potentias simul opposita suscipere. Dicitur autem hoc hæc de causa, quia non omnis potentia oppositorum est susceptiva, neque omnes eadem specie dicuntur.

Soluit questionem, ubi debet stare, quod in Greco Λωδωτόν, hoc est possibile derivatur à Λωδωτός hoc est, potentia, sic apud nos possibile dicitur à potentia: ut igitur potentia est multiplex, sic possibile erit multiplex. Potentia uero est quedam actiua, quedam passiua. Rursus siue actiua siue passiua est alia rationalis, alia irrationalis. Potentia itaque actiua irrationalis omnino est determinata ad esse quæ ratione dicitur potentia secundum dimidium. Passiua uero siue rationalis, ut intellectus siue irrationalis, ut materia prima atque subiectum est indifferens ad opposita. Si uero actiua rationalis, ut uoluntas (ut nonnulli sentiunt) est ad opposita. Propterea inquit dicitur est autem hoc, siue hæc diuisio de potentia ipsa dicta est, ad indicandum quod non omnis potentia oppositorum est susceptiva: neque omnes eadem specie dicuntur, ut uisus et auditus aliter se habent. Ad hanc eiusdem, ut omnes usus, uel omnes intellectus humani. Quare ut potentia alia est ad unum dimidium tantum: potest ad non esse. Alia ad utrumque. Sic et possibile: quod denominatur à potentia, ijs modis dicitur. Hæc est solutio questionis, uerba translatione patet. Quoniam uero ad uerba ipsa græca attendit, uerbum illud δυνάμις, licet latine sit quæcumque, hic transfuit omnes: quia ad aures sonat magis.

Cum itaque potentia nonnullæ multiplices sint, ipsum quoque possibile non simpliciter dicitur erit. Sed aliud quidem cum in actu sit, uerum erit, cum potest aliquid ambulare cum ambulat, & omnino aliquid potest esse, cum in actu sit, quod quidem potest esse dicitur. Aliud uero cum forsitan agat, ut potest quippiam ambulare, quia forsitan ambulabit.

Accipit ipsum possibile dici non uno modo, per hoc quod potentia non dicitur uno modo: nunc idem alius exemplando inquit. Cum itaque potentia nonnullæ multiplices sint, cum alia sit ad unum tantum, alia ad utrumque: ipsa quoque possibile, quod à potentia traducitur, non simpliciter siue uno modo erit, sed etiam multiplex. Verbum illud, multiplex græce est δύω, et licet latine sit equiuocæ, hic non sonat ut expositores et Boetius intelligunt. Vno igitur modo aliquid dicitur possibile, pro eo quod est

Com. 47.

Com. 49.

Com. 48.

Com. 50.

quod est de inesse: ut potest aliquid ambulare uel esse, cum ambulat, aut est iam. Alio modo dicitur pro eo quod nondum exiit ad actum, sed forsitan, exhibit. Ut potest quippiam ambulare, quia forsitan ambulabit.

Et hæc quidem potentia in rebus quæ mouentur duntaxat est. Illa uero est in immobilibus. ἡ ἀπό δὲ ἀδύνατος ἐστὶν ἐπιπέδη καὶ ἀδύνατος ἰσχυρῶς, καὶ ἀδύνατος ἐν τῷ ἀδύνατον ἰσχυρῶς καὶ ἀδύνατος ἐν τῷ ἀδύνατον ἰσχυρῶς. At per utraque uere dicitur aliquid potest ambulare aut esse, atque quod ambulat, & iam actum est, etiam ambulare potest. Possibile itaque de ipso necessario hoc modo non simpliciter uere dicitur, sed alio modo uere. quare cum ad particulare uniuersale sequatur, ad ipsum necesse esse sequatur possibile esse, non tamen omnino.

Tangit differentiam et conuenientiam inter dictas potentias, et uult quod illa potentia quæ est ad opposita solum locum habet in his quæ mouentur: cuiusmodi sunt corruptibilia et uariabilia. Potentia uero ad unum tantum, etiam in immobilibus reperiri potest. dicitur enim solem posse oriri, Deum posse esse, et alia. Ponit tamen conuenientiam, quod per ambas aliquid denominari potest possibile, ut tam id quod nondum est, sed forsitan erit: quam id quod ambulat, et iam in actu dicitur posse ambulare. tunc quasi rōnem epilogando soluit ad formam, et inquit. Possibile itaque de ipso necessario hoc modo ad utrumque sumptum, non simpliciter uere dicitur. Sed alio modo uere dicitur, cum accipitur pro dimidio. Quare infra: cum ad particulare uniuersale sequatur, ad ipsum necesse esse sequatur possibile esse: non tamen omne, sed secundum dimidium. Videtur enim ipsum necesse esse, ut particulare quid: quia ad esse tantum ipsum contingens ut uniuersale, quia ad esse, et non esse.

Querunt iuniores utrum necessarium sit particulare respectu possibile. Ego dicere, quod possibile est necessarium possunt considerari respectu suppositorum tantum: et hac ratione ipsum necessarium est uniuersale cum sit et omni tempore. ipsum uero possibile est particulare, cum sit de aliquo tempore. Aut respectu suppositorum rei: et hoc modo possibile est uniuersale ipso necessario, cum competat mobilibus et immobilibus. Necessarium uero immobilibus tantum.

Est itaque etiam principium omnibus forte rebus, quæ sunt aut non sunt, ipsum necessarium atque non necessarium, & reliqua ut ad hæc consequentia consideranda sunt. Perpicuum nanque est ex iis quæ diximus, id quod est necesse esse, actu esse. Quare cum ea quæ sunt sempiterna, priora sunt, etiam quod est actu, ipsa potentate prius erit.

Sic simpliciter ordinem equipollentiarum ab

ipsis contingentibus. et deinde per regulas contingentium dederunt ordines in alijs. Aristoteles igitur reprehendit eos, et probat ordinem esse sumendum à necessarijs siue non necessarijs. Immo declarat ipsa necessaria siue non necessaria esse prima consideratione. Reliqua esse considerata ut consequentia ad hæc. Syllogizat autem hunc in modum. Semper in actu, et semper in actu, sunt priora ijs quæ potest esse. At necessarium est sempiternum, et semper in actu, igitur ipsum necessarium est primum ipso inesse: et ipsum inesse actu prius est ipsa potest esse. Sic igitur naturalem ordinem non seruauerunt in talibus eorum regulis.

Et hæc quidem sine potentate ἐπιπέδη ἐπιπέδη actu sunt, ut prima substantia. Alia uero actu cum potentate sunt, quæ quidem natura priora sunt, tempore uero posteriora. Alia uero nunquam ἐπιπέδη ἐπιπέδη, ἀδύνατος ἐπιπέδη actu sunt sed potentate duntaxat.

Rerum igitur ordinem hoc modo Aristoteles constituit, ut prima siue que sine potentate actu sunt: et in hoc ordine colloantur græcæ substantia diuinas atque materia omnino separatas. Post hæc et in secundo ordine sunt, quæ actu quidem sunt, sed cum potest esse: et in hoc ordine colloantur corpora ipsa quæuis. Hæc natura atque præstantia potentiam, et subiectum exallunt. materia uero hæc tempore excedit, quod cum non sit logicum, metaphysicas omittit. Post hæc in tertio ordine sunt possibilis esse: quæ quidem non sunt sed possunt esse: et hac ratione possibilis sunt: quia non sunt, et esse possunt. Et in hoc ordine statuantur motus, tempus, transmutationes, et id genus. Ab ijs triplex oritur enuntiationum materia. Alia quidem quando prædicatum inesse subiecto dicitur, et non potest non inesse: quæ materia dicitur necessaria uel impossibile, si sit ad non esse. Alia est eum prædicatum inesse subiecto actu: potest tamen non inesse. et hæc dicitur materia de inesse. Tertia est in qua prædicatum non inesse actu subiecto, sed potest inesse, quæ dicitur materia contingens. Ad omnium eorum quæ dicta sunt declarationem describamur si figuram quadrangularem.

Necesse esse, impossibile non esse. Contraria. Necesse non esse, impossibile esse.

Subalterna. Subalternæ.

Contingens esse, possibile esse. Subcontraria. Contingens non esse, possibile non esse.

Circa

falsum est. Nam boni, quoniam bonum est, atque mali, quoniam malum est, eadem forsita est opinio & vera, siue plures siue vna sit. Sunt autem hæc contraria. non quidem quia contrariorum sunt, sed potius quia τὰ ἐναντία contrario sese habent modo.

Com. 54.

Antequam solueret questionem primapalem, ut diximus, interposuit questionem de contrarietate opinionum: et quia solutio primæ questionis apparebit ex soluti. ne secundæ questionis, que est de contrarietate opinionum, propterea nunc soluit questionem secundam: deinde soluit primam questionem ut videbitur. Est igitur solutio secundæ questionis, opinionem esse contrariam, non quia de contrarijs subiectis sunt contraria prædicta, ut de liberalitate, quia bonum est, ut Epicurus auctoritat, aut quia malum est, ut Stoicus: et propterea non oportet definire contrarias opiniones, quatenus de contrarijs subiectis contraria prædicta enuntiant: sed potius, quia de una eademque re contraria suspiciantur. Huius solutionis causam assignat, quia de contrarijs subiectis contraria prædicta enuntiano, potest esse eadem opinio: eadē dico secundū cōsensum, quia sibi possit consentire in veritate atque compossibiles esse. Sunt enim hæc ambæ compossibiles liberalitas est bonum: et auaritia est malum. Ambæ quoque secundum opinionem peripateticorum, inquit, Arbitrari itaque opiniones esse ita contrarias definitas, ex eo quia contrariorum sunt, hoc est quia contraria prædicta suspiciantur de contrarijs subiectis, falsum est. Cuius rationē breuē subscribit, et inquit, nam boni ut liberalitatis, quoniam bonum est: atque mali, ut auaritiæ, quoniam malum est, eadem forsitan est opinio, et quoniam modo horū sit eadem opinio subscribit et inquit, et uera, quasi diceret eadem esse illorū opinio, quæ ad cōsensum atque ueritatem: propterea dixit forsitan, quia illorum non est eadem opinio simpliciter, sed quodammodo ut generatim. Sed quia posset quis dicere illorum non esse eadem opinionem, quia illa sunt plura prædicta de pluribus subiectis, propterea subiungit siue plures siue vna. Vtroque enim modo una opinio illorū est saltem quo ad ueritatis cōsensum. Sic igitur opiniones contrariæ sunt, quæ de eadem re contraria prædicta suspiciantur. Sed statim obiicit auillator arguendo, hæc non esse contraria: quia contraria esse debent simpliciter in toto: ac illa sunt solum quoad prædicta contraria, et non quoad subiecta, igitur non sunt penitus contraria. Propterea, quasi auillum hunc refellendo subiungit. Sunt autem hæc contraria, non quidem quia contrariorum sunt, hoc est penes contrarietatem subiectorum, sed potius quia contrario sese habent hoc modo. Ita sunt contrariæ ille opiniones contrarietate sumpta p̄nes contrarietatem prædictatorum et modi enuntiaudi, et non subiectorum. Hæc est solutio breuis et generalis.

Si itaque boni vna quidem opinio est, quoniam est bonum, alia, vero, quoniam non est bonum, alia, quoniam aliquid aliud est quod

non est nec esse potest. Harum quidem nulla profecto ponenda est: neque ea qua inesse quæ non insunt creditur, neque ea qua non in esse quæ insunt extimatur. nam infinitæ sunt ambæ. & qua inesse creditur, quæ non insunt & qua non inesse quæ insunt putatur, sed illæ in quibus est deceptio. hæc autem sunt in his, ex quibus generationes ipsæ proficiuntur. at generationes, ipsæ ex oppositis sunt quare etiam deceptions.

Generatim interpositæ questionis solutionem dedit et uoluit oppositas opiniones esse, que contrario modo suspiciantur de eadem re, et usus est uelle contrario modo fieri: quando de eadem re contraria prædicta enuntiantur: sed quia hoc non est simpliciter uerum, nunc specialiter declarat dictam solutionem. ubi ad aduersione dignū quicquid uelit Boetius de eadē re, ut de liberalitate eā unā opinionem tantum ueram, uerbi causa, quia est bonū, plures tamen falsæ sunt, ut quod liberalitas non est bonum, et quod est aliud quæ est, ut quod est malum. opinari autem liberalitatem esse aliud quam esse, esse potest dupliciter, ut quod est malum: quia sibi insunt quedam que non insunt, ut fugendum, odiosum, turpe, et id genus: que malo insunt: aut quod sit malum, quia ei non insunt ea que insunt, ut in utile, quia non est appetibile, quia non est honestum. Sic igitur liberalitatem esse aliud quam est ut malum, est dupliciter, uel quia sibi inesse creditur ea que non insunt, uel quia sibi non inesse creditur que insunt. Aristot. igitur uult opinionem uerā uidelicet illi, liberalitas est bonum, solum opponi eam opinionem falsam, quæ per negationem atque contradictionem est, ut illa, liberalitas non est bonum. hæc enim contradicant. Nam prima est indefinita uel particularis affirmatiua. Secunda est indefinita negatiua, que æquiualeat uniuersali negatiua. illam uero quæ est per contrarietatem prædicti non uult opponi, quia potest, ut usum est, per infinita multiplicari. At opponi non est nisi uno modo, ut enim dicebatur uni unum opponitur per se. Infinita uero per accidēs, inquit. Si itaque boni, una quidē opinio est et uera, quoniam est bonum, ut quod liberalitas est bonum. adicā autem uerbum illud [una] quia constructio Græca exposat ipsum. Alia uero est, quoniam non est bonum, et hæc est illa contradictoria. Indefinita enim negatiua ualeat uniuersalem negatiuam, alia est, quoniam aliquid aliud est quod non est, nec esse potest, ut quod liberalitas est malum. Hæc enim illi incompossibilis est. Data distinctione docet, que nam harum duarum sit dicenda illi opposita, et inquit, harum quidē nulla ponenda est, supple illi opposita, quasi dicat nulla de numero earum que sub secunda continentur, quas explicat et inquit, nec ea qua inesse que non insunt creditur, ut quod sit malum, quia non est utile, quia non est appetibile, quia non est honestum, cuius rationē inquit, nam infinitæ sunt ambæ tam et ea qua inesse creditur que non insunt, quam et ea qua non inesse que insunt putatur. Potest enim malum putari inesse liberalitati per infinita, ut quia turpe, quia inhonestum,

Com. 55.

Declaratio uerborum.

sum, quia odiosum, et sic de infinitis, etiam quia non utile, quia non appetibile, et sic de infinitis. Sic igitur patet, quoniam non sit illi opposita: docet deinde, que sit illi opposita, et inquit, sed ille in quibus est deceptio sunt opposita. hoc est que contradicunt, et hoc declarat dicens: hæc autem sunt in his, ex quibus generationes ipsæ proficiuntur, et generationes ipsæ ex oppositis contradictriciæ sunt, quare et deceptions, et ita opiniones oppositæ sunt, quæ contradictoriæ repugnant. Sic igitur illi opinioni quæ est, bonū est bonum, hoc est liberalitas est bonum, ea opinio opponitur, quæ est, liberalitas non est bonū, que æquiualeat illi, nulla liberalitas est bonū: et non ea que est, liberalitas est malū: nam siue sit malum per hoc quod est aliquid aliud quæ est, ut quia odiosa, quia turpis, et id genus: siue per hoc quod non est id quod est, ut quia non est utile, quia non est honesta, et id genus: non potest illi opponi, quia utroque modo opposita illi erunt infinita, modo uni unum tantū opponitur, ut toties diximus.

Quod uero ad uerba attinet, uerba illa. [Aliarū qui dem nulla ponenda est, neque quecumque esse quod non est opinantur, neque quecumque non esse quod est. Infinitæ enim utraq; sunt, et que esse opinantur, quod non est, et que non esse quod est] non bene ad Boetio (ut mihi uidetur) intelliguntur. Primo quia uerbu illud [aliarū] quod græca est ἄλλων, non ad omnes alias refertur, sed ad species que continentur sub secundo oppositionis modo, uidelicet, ad id quod dicebatur: quoniam aliquid aliud est quod non est, nec esse potest. Illi enim opinioni quæ est, liberalitas est bonū generatim, duo tantū opponuntur, uidelicet, et liberalitas non est bonum, et liberalitas est malū. Secunda uero oppositionis dicitur sum spe cies. Potest enim liberalitas dici malū, uel quia esse intelligitur aliquid aliud quæ non est, ut odiosum, ut turpe, et id genus, uel quia non esse id quod est, ut quia non est utile, quia non est honesta, et id genus. igitur uerbu illud ad species secunde oppositionis retulit et non ad genera, ut Boetius uoluit. Secunda uidetur errasse Boetius: nam tres oppōnes illi Aristoteles fecit, sed duas. Secunda tamen subdivisa in duas alias, et hoc boetius non cepit. Tertio quia uerbu illud [opinantur] quod græca est δοξάζουσιν non est deponitur intelligendum, sed passiuè, quasi dicitur creduntur. Non enim potest constructio ad aliquid referri, ut intelligēt græca uerba patet, uerius uerba illa [Sed in quibus est fallacia] siue deceptio. Boetius ad primapiū deceptiois retulit. Etenim ois deceptiois primapiū affirmatio et negatio, ueluti cuiuslibet generationis est ens et non ens, et in hoc recte Boetius intelligit. Hæc quo ad translationes ipsas.

Si igitur quod bonū est, & est bonum, & est non malum, atque alterū quidem per se, alterū autem per accidens, accidit enim ipsi non malum esse, & est in unoquoque, ea opinio magis uera quæ est per se, etia falsa, siquidem & uera. Ea igitur quæ est, quoniam non est bonum, quod bonū est. Illius quæ per se est, falsa est. Illa autē quæ est, quoniam malum est, est eius quæ est per accidens. Quare magis erit ea opinio falsa, profecto quæ est negatio boni, quæ ea quæ est contrarij affirmatio.

Hactenus Aristoteles et generatim et specialiter soluit secundam questionem: nunc uult dictam solutionem probare, ut mihi uidetur, et oibus expōitoribus placet. Ad huius primæ rationis robur sumit quædam ordine quodā, et primò sumit unamquamque rem et esse ipsam, et esse sui contrarij negationem, uerbi causa, liberalitas est bonum, et est non malum. Sumit secundo, rem esse ipsam per se, et esse negationem contrarij per accidens, uerbi causa, liberalitas per se est bonum, et per accidens est non malum, nam accidit ipsi liberalitati non malum esse, et hoc inquit. Si igitur quod bonum est ut liberalitas, et est bonum, et est non malum, hoc est primum, atque alterum quidem per se ut bonum, alterū uero per accidens, ut non malum, cuius rationem subscribit, dicens, accidit enim ipsi liberalitati non malum esse, hoc est secundum. Et litera debet legi suspensiuè, ut uidebitur. Quod uero ad uerba attinet, illud uerbum [accidit] quod græca est συνηκείσθαι, non est intelligendum pro accidente proprie, quo solemus dicere album substantiæ accidere, sed pro secundario atque non primapali, quo modo diamus risibile accidere homini, quia secundo loco competit.

Com. 56.

Sed occurres: nam uidetur, quod tam negatio contrarij quam affirmatio sui per se primo modo insit rei. Est enim liberalitas bonum per se, primo modo, est non malum per se primo modo. igitur non est alterum per se et alterum per accidens. Boetius per uerbum per se intelligit esse tale per naturam, quo modo diamus liberalitatem esse bonum per naturam, et auaritiā malum per naturā: et per uerbum per accidens, intelligit tale non per naturam.

Consideratio uerbi.

Dubitatio.

Solutio Boetij.

Consultatio.

Sed hæc expositio non conuenit alijs. Tunc enim corpus non esset album per se, et non nigrum per accidens: nam neutrum est per naturam. et tamen Aristoteles primo posteriorum ait lignum esse album per se, et non nigrum per accidens.

Solutio propria.

Melius igitur est dicere Aristoteli uelle per uerbum per se, esse tale immediate, et hoc modo lignum est album per se, quia non mediante aliquo, est tamen non nigrum per accidens, quia mediante albedine.

Replica Defensio.

Sed replatibus lignum non esse album per se, quia est tale mediante superficie. Propterea intelligit Aristoteli uoluisse aliquid esse tale per se, hoc est, per attentionem medijs contrarij, tale autem per accidens, propter affirmationem contrarij. Sumit tertio, quod si sunt due opiniones ueræ, ea uerior est, que per se uera est. Similiter si due sunt falsæ, ea erit falsior: que per se falsa est, cuius rei causa est, quia in ea de falsa est censendum, ut de uero. Ex hoc uult habere, quod ea opinio que est affirmatio sui est uerior, ea autem falsior que est negatio sui, uerbi causa, hæc est uerior, liberalitas est bonum, quam illa, liberalitas est non malum. Hæc autem falsior, liberalitas non est bonum, quam illa, liberalitas est malum: nam semper ueritas per se est magis talis ueritatis per accidens: et falsitas per se similiter magis talis falsitatis per accidens, inquit.

Et est in unoquoque ea opinio magis uera, que est per se, supple, quam ea que est per accidens: etiam falsa est magis ea que est per se falsa, quam ea que est per accidens falsa, siquidem et uera. Idem namque est iudicium de uero et falso. Propterea concludit id quod uult habere per hanc tertiam assumptionem, et inquit.

Et igitur

Et igitur, supple, opinio que est, quoniam non est bonum, quod bonum est, illius que per se est, uidelicet, bonum est bonum opposita, supple, falsa est: et ita hec bonum non est bonum, est per se falsa. Nam oppositum per se uero, uidetur per se falsum. Illa autem que est, quoniam malum est: est opposita falsa eius que est per accidens uera, uidelicet, illius. bonum est non malum: et sic patet tertia assumptio, et hic terminatur in greco suspensio, et concludit ex his suppositionem quam uult, et inquit, quare magis erit ea opinio falsa, profecto que est negatio boni, uidelicet, bonum non est bonum, que est contrarij affirmatio, uidelicet, bonum est malum. Vnde syllogismus licet erit, magis falsum magis uero magis opponitur: negatio boni magis falsa est quam affirmatio mali: ut ex dictis patet, igitur negatio boni magis opponitur affirmationi boni, quam affirmatio mali. Anni ad uersione dignum Aristotelem sumpsisse exemplum de bono et malo, loco omnium talium, sed accepit ipsum ut sermo esset notior. Voluit tamen habere hanc uniuersalem, ut uniuersisq; affirmationi secundum opinionem semper magis opponatur negatio quam affirmatio contrarij.

Syllogismus licet.

Falsus tamen circa unumquodq; is maxime existit: qui contrariam habet opinionem, contraria si quidem circa idem plurimum differat.

Com. 57.

Quid uelit hic Aristoteles facere, non satis patet, nec ab expositoribus plane habemus, uidetur tamen Aristoteles remouere talem questionem, posset namq; quis dicere, si negatio est maxima oppositio contraria opinio est ne maxima oppositio: uidetur soluere, ubi debes scire aliqua esse maxime opposita: que non maxime differunt: aliqua etiam maxime differre, que non maxime opponuntur, uerbi causa, bonum et malum maxime differunt: quia sub eodem genere maxime distant, non autem maxime opponuntur, quia non contradictorie sed contrarie opponuntur. Bonum uero et non bonum, maxime opponuntur: quia per se opponuntur, et contradictorie, non autem maxime differunt: quia sub nullo genere maxime distant. Ad oppositum, opinioniones contrarie maxime differunt, non autem maxime opponuntur, contradictorie autem maxime opponuntur, non tamen maxime differunt, inquit. Falsus tamen circa unumquodq; is maxime existit, qui contrariam habet opinionem: cuius causam ait. Contraria siquidem circa idem genus maxime differunt: et ita opinioniones contrarie maxime distant in ratione differentie, et non in ratione oppositionis. Contradictorie autem distant maxime in ratione oppositionis: non autem in ratione differentie. Hec mihi uidentur de hoc textu si uero tu aliter senties, laudo. hunc enim locum non aliter intelligo. Boetius uero nimis uerbis Aristotelis additus sensum non multum obseruat. ceteri graecae grammatica sunt potius.

Si igitur harum opinionum, altera contraria quidem est. Magis autem est ea contraria, que negationis est: perspicuum est profecto hanc contrariam esse.

Com. 58.

Epilogat uim rationis quasi sub forma hypothetica hoc modo. Si igitur harum opinionum altera tantum contraria quidem est, quia non possunt amba esse contrarie, quia unum

unum tantum est contrarium, magis autem est ea contraria illarum, que est negationis, et non que est contrarij affirmatio, ut probatum est: profecto perspicuum est hanc tantum, uidelicet que est negatio contrariam illi esse. Et ita illi liberalitas est bonum, hec tantum contraria est: liberalitas non est bonum: et non illa, liberalitas est malum. Hec est conclusio et syllogismi uis. Quo uero ad uerba attinet uerbum illud contraria quod grece est *εναντία*, hic non ut in primo libro sumitur, sed pro opposita: sumpsit enim speciem pro genere.

At ea que est quod bonum est malum, composita est, quando quidem necesse est: forsitan opinari illud idem non esse bonum, quod quidem est malum.

Boetius uidetur uelle Aristotelem ponere nunc secundam rationem, que talis est: et duarum simplicium ueritatum opposita est, que est simplex et non que est composita. At affirmatio contrarij, uerbi causa, bonum est malum: non est simplex sed composita, continet enim illam, bonum non est bonum, quicquid enim est malum non est bonum, et non contra, potest enim aliquid non esse bonum, et tamen non est malum, ut eremita extra auitate, ut Aueroes ait. Igitur affirmatio contrarij non est simplicium ueritati opposita, sed solum in partibus negatio. Hec uidetur ratio Boetij. Que quidem quoad rem ipsam bona est, non tamen licet consonat: nam in greco licet inuenitur aduersatiue, nisi (autem) ipsum quod grece est *δὲ*, pro insuper aut propterea legitur. Vel aliter dici potest q. Aristoteles remouet talem dubitationem: nam dubitabit aliquis, si negatio sit tantum opposita, qualis est affirmatio contrarij, ut bonum est malum. Respondet et inquit. At ea que est q. bonum est malum, que est affirmatio composita, hoc est continens simplicem negationem, et ita quasi uidetur illi simplicium ueritati per accidens opposita, non quidem ratione sui, sed ratione simplicis negationis, que in ipsa continetur: et sic uidetur illi opposita per reductionem: quatenus omne per accidens reduitur ad per se, et quod affirmatio contrarij contineat negationem, probat et inquit, quandoquidem necesse est forsitan opinari illud idem non esse bonum, et supple tu in greco: quod quidem est malum, in plus enim est non bonum quam malum et propterea affirmatio contrarij dicitur composita et quasi composita, adiecit forsitan, quia nondum patet an plus sit non bonum, quam sit ipsum malum, hoc enim non patet, nisi sciat an inter bonum et malum detur medium. Quo uero ad uerba attinet uerbum illud [composita] grece est *συνεπιπλεγει*, quod Boetius transiit in impliatam, alij connexa: sed quoanq; modo sit, affirmatio contrarij dicitur esse composita, quia continet negationem. Vnde Aristoteles in postpredicamentis ait contradictionem esse uniuersaliorem, oppositionem: quia in omnibus alijs includitur, hec quo ad uerba.

Præterea & si in quibusdam similiter sese habere oportet: etiam hic uidebitur profecto bene esse dictum. Nam aut ubiq; aut nusquam oppositio contradictionis est. At quibus contrarium ipsum non inuenitur, ea quidem, de his est falsa, que ipsi ueræ opponitur, nam qui hominem non esse hominem arbitratur is falsus est. Si

Com. 59.

Qualis ex pō. Boet.

Expositio Propria.


Si igitur hæc negationes sunt contrarie, etiam alie contrarie erunt, que oppositiones contradictionis sunt.

Com. 60.

Secundo arguit sic, si in aliquibus opinio falsa opinionem ueræ opponitur, que est contradictionis siue negationis, in omnibus et in hoc quod diximus de bono ita erit. At in aliquibus opinionem ueræ ea falsa opponitur, que est contradictionis, et non que est affirmatio contrarij. Igitur hic et in omnibus ita erit, probat maiorem. Nam hæc est natura contradictionis, aut ut in nullis, aut ut in omnibus in quibus inuenitur oppositio, inueniatur. Est enim uniuersalis et in omnibus includitur ut dictum est. Minor uero patet in substantijs et quantitatibus, in his enim non est affirmatio contrarij, aut in his non sit contrarium, et tamen inuenitur oppositio, inquit. Præterea et si in quibusdam similiter sese habere oportet, et supple, falsa opposita ueræ sit negatio et non affirmatio contrarij, etiam hic, et supple, in omnibus uidebitur profecto bene esse dictum, ut negatio falsa sit opposita ueræ affirmatiõis et non affirmatio contrarij. Hec est maior, cuius probationem affert, dicens. Nam aut ubique aut nusquam oppositio contradictionis est. Dicitur enim est eius naturam esse talem, ut aut in omnibus, aut in nullis in quibus alie inueniuntur oppositiones, ipsa inueniatur am sit uniuersalis et in omnibus inclusa. Deinde addit minorem, que est positio antecedentis, et illius probationem compliat, et inquit. At in quibus contrarium ipsum non inuenitur, uelut in substantijs et quantitatibus, ea quidem de his est falsa, que ipsi ueræ opponitur. Hoc est solum contradictio siue negatio affirmationi ueræ opponitur, quod probat exemplo, et inquit, nam qui hominem non esse hominem arbitratur, is falsus est, et per negationem, supple, illi affirmationi, que est homo est homo, opponitur. Deinde epilogat totam rationem, et inquit. Si igitur hæc negationes in quibusdam, supple, sunt contrarie, etiam alie et in omnibus alijs contrarie erunt, que contradictionis oppositiones sunt, accepit hic contrarium dum dixit [contrarie erunt] pro opposito, utitur enim specie pro genere, hec quo ad rationem atq; uerborum expositionem. Anni ad uersione dignum illam distinetuam oppositio contradictionis aut ubiq; aut nusq; est: esse falsam de rigore logicæ, uelut illa etiam: omnis homo est albus, aut nullus homo est albus. Distinctiua enim semper inter partes contradictionis disungit, ut diximus in primo libro. Sed ad sensum Aristotelis uera est, quia illa est natura contradictionis. Cum enim sit oppositio uniuersalis in omnibus inclusa, oportet ut sit aut in omnibus in quibus oppositio reperitur, aut in nullis: et propterea secundum sensum Aristotelis uera est.

Præterea simili ratione sese habent, non bonum non est bonum, et bonum est bonum, ueluti et illud non bonum est bonum, et bonum non est bonum. Illi igitur opinionem ueræ, que est non bonum, quoniam non bonum est, quænam est contraria? Non enim ea que asserit, quoniam malum est, hæc enim erit non bonum cum illa simul uera, at nunquam sit, ut uera ueræ contraria sit, est enim a liquid non bonum, malum, quare simul ueræ erunt

ambæ. Nec ite ea que asserit, non bonum non esse malum, est enim et ipsa uera, et enim hæc erit simul uera. Restat igitur illi opinionem que asserit, non bonum non esse bonum, contrariam eam esse que asserit, non bonum esse bonum, est enim hæc falsa. Quare ei que asserit, bonum esse bonum, ea erit contraria, que asserit, bonum non esse bonum.



Tertio arguit Aristoteles per locum a communitate proportionis hoc modo, ut a, ad b, hoc est, ut opinio asserens non bonum non esse bonum, quod est in angulo a, ad opinionem que asserit bonum esse bonum, quod est b, sic c, ad d, hoc est opinio asserens non bonum esse bonum, quod est c, ad opinionem que asserit bonum non esse bonum, quod est d. Nam ambæ prime sunt ueræ, et ambæ secunde sunt falsæ: et sic maior est uera, igitur ut primum ad tertium, ita secundum ad quartum. At ipsi a, primo oppositum est ipsum c, tertium, ut probabitur. Hæc enim opponitur, non bonum non est bonum et non bonum est bonum, igitur secundum et quartum opponuntur, uidelicet, bonum est bonum, et bonum non est bonum, quod est inuentum. De ratione tangit maiorem, et inquit. Præterea simili ratione sese habent, non bonum non est bonum, et bonum est bonum, ueluti et illud non bonum est bonum, et bonum non est bonum: nam illæ sunt ambæ ueræ: hæc autem ambæ falsæ, hæc est maior, que licet in greco non hoc ordine ponatur, tamen nihil deficiat, et sensus is est deinde tangit minorem sub forma dubitatio is, et inquit. Illi igitur opinionem ueræ, que est non bonum, quoniam non est bonum, quænam est contraria siue opposita? Non enim ea que asserit non bonum esse malum, uel quoniam malum est. Hæc enim erit nunquam simul cum illa uera, at nunquam sit ut uera ueræ contraria sit. Quod autem posuit simul cum illa uera esse, probat, et inquit. Est enim aliquid uerum bonum, malum, ut auaritia, et ita hæc simul stant, non bonum non est bonum, et non bonum est malum, nam auaritia non est bonum, et auaritia est malum: que tamen non bonum dicitur: et ita illi que asserit non bonum non esse bonum, non potest esse opposita hæc, que asserit non bonum esse malum, cum stent simul, sintque ambæ ueræ. Hic solet sumi illa diuulgata maxima: ueritas nunquam ueritati repugnat, de qua postea dicemus. Nec item ea que asserit, non bonum non esse malum, propter rationem eandem quam subdit dicens.

Com. 61.

Maxima.

Est enim & ipsa uera: etenim hæc erit simul uera: est quidem uera, quia hypoentaurus non bonum non est malum, quia non est. est autem simul uera, quia hypoentaurus non bonum & non est bonum, & non est malum, aut non sit, & aut nec affirmatio contrarij nec negatio contrarij possit illi opinioni esse opposita, concludit. Restat igitur illi opinioni que asserit, non bonum non esse bonum, eam esse contrariam, que asserit non bonum esse bonum: negatiue enim de subiecto infinito opponitur affirmatiue de eodem subiecto, cuius causam subdit dicens. hæc enim falsa est, & illi incompossibilis. hæc est minor & illius probatio, tunc dat conclusionem & inquit. Quare ei que asserit, bonum esse bonum, ea erit contraria, que asserit, bonum non esse bonum: & hæc est proposita conclusio. Et ait Boetius in commentariis huius loq̄ hunc syllogismum esse ceteris ualidiorem, quia est e proportione commutata, que argumentum est potētissimum. Nihil uerò uidetur syllogismum hunc esse dialecticum & non ualere nisi in numeris per se: in ceteris autem per accidens. Propterea hic aut non ualet, aut per accidens habet uim, que ratione sit ut hic syllogismus non sit hic positus ut ualidus, sed ut indicaret hanc positionem de contrarietate opinionum, etiam conuenire rationibus mathematicis.

Verum perspicuum est nihil interesse: & si affirmationem ipsam uniuersalem ponamus. Erit enim tunc uniuersalis negatio contraria opinioni, namque que asserit omne quod est bonum bonum esse, ea erit contraria, que nullū bonū bonū esse: asserit, eam namque que opinio bonum bonum esse arbitratur si uniuersaliter sumatur, eadem erit illa que asserit quodlibet bonum esse bonum. At hæc nihil ab illa differet, que asserit omne bonum esse bonū, similis est & de non bono ratio.

Que Boet. Expositio Propria.

Com. 62.

Dum Aristoteles disputauit de contrarietate opinionum usus est enuntiationibus indefinitis. ut illa bonum est bonum: & illa, bonum non est bonum. Propterea aliquis posset arbitrari, que dixit non esse intelligenda nisi de subcontrarijs, que sunt aut particulariter aut indefinita. Propterea docet nunc ut illis ad oppositionem & contrariam & contradictoriam. Contradictoriam quidem, si altera uniuersalis altera particularis sumatur. hæc enim erunt contradictoria: bonum quoddam est bonum: & nullum bonum est bonum. si indefinita affirmatiua particulariter, & negatiua uniuersaliter intelligatur: uel e contra indefinita negatiua particulariter, & affirmatiua uniuersaliter sumatur. Contrariam uerò, si amba uniuersaliter sumantur, ut omne bonum est bonum: & nullum bonum est bonum: & propterea uerbum illud ἐναντία, ubique pro opposita sumptum. Animaduersione dignum, quod licet indefinita possit accipi & particulariter uniuersaliter pro qualitate materia, ut in materia contingenti particulariter. In materia autem necessaria uniuersaliter. indefinita tamen negatiua ut dicit Alexander: sed magis uerget ad uniuersalem negationem: affirmatiua uero ad particularem affirmationem: & propterea hæc due, bonum est bonum: & bonum non est bonum, uim habent contradi-

ctoriarum & non contrariarum, & hoc inquit. Verum perspicuum est nihil interesse: & si affirmationem ipsam uniuersalem ponamus. erit enim, supple, tunc uniuersalis negatio illi contraria, & dixit hoc: quia hæc tunc affirmationem particulariter & negationem uniuersaliter accipit: et ita ut contradictorias sumptum: nunc autem docet illas sumi ut contrarias, & hoc exponit dicens: opinioni namque que asserit, omne quod est bonum bonum esse, ea erit contraria, que nullum bonum omne bonum asserit: cuius causam inquit. Ea namque opinio, que bonum bonum esse arbitratur, si uniuersaliter sumatur: eadem erit illi que asserit quicquid est bonum uel quodlibet bonum esse bonum. Ad hæc nihil ab illa differet, que asserit, omne bonum esse bonum. Addit, similis est ratio & de non bono: quia potest etiam sumi uniuersaliter: & ita uult hæc tunc esse sumptas eiusmodi enuntiationes ut contradictoria: quia indefinita affirmatiua particulariter, negatiua autem uniuersaliter usus est. nunc autem docuit illas sumi ut contrarias, si amba uniuersaliter sumantur: hæc quo ad dubitationem.

Ex his colligi potest ea distinctio que dicitur primo priorum: quod particularium enuntiationum, quedam est talis per naturam, ut homo est albus: quia aliquis homo est albus ut Scythia: & aliquis homo non est albus, ut Aethiops. quedam talis potest, ut aliquis homo est animal: uen enim aliquis homo est animal: quia aliquis homo est animal: & aliquis homo est animal: sed quia omnis homo est animal. Similis ratio est & de negatione.

Amplius & uniuersalium: quedam est uniuersalis sine addatur signum uniuersale siue non, quedam potest: ut omnis homo est albus. hæc uniuersalis est positione & non natura. Similis diuisio est in modalibus: nam quedam est positione possibilis, quedam natura possibilis, & in ceteris similiter. Verum de his in libro priorum abundantius dicemus.

Quare, si in opinione ita res sese habet, & affirmationes atque negationes que sunt in uoce signa sunt earum que sunt in anima. patet & affirmationi contrariam quidem esse eam negationem que uniuersaliter de eodem existit. ut huic, omne bonum est bonum, aut omnis homo est bonus, hanc, nullum bonum est bonum, aut nullus homo est bonus. contradictoria uero oppositam, hanc, non omne bonum est bonum, uel non omnis homo est bonus. Patet insuper fieri non posse, ut uera uera contradictoria sit siue opinio ἀντιπαράστυς siue oratio. contrariae siquidem circa opposita sunt. Ipsa autem uera circa idem esse possunt. non autem contraria simul eidem inesse possunt.

Hæc tunc soluit secundam questionem de contrarietate opinionum. Nunc ex solutione huius redijt ad solutionem prime questionis. Inuit enim prima questio uerum affirmatiua magis opposita sit negatio an affirmatiua contrarij: ut illi, bonum est bonum, sit magis opposita hæc, bonum non est bonum: uel illa, bonum est malum.

Quotplex particularis

Quot uniuersales.

Quot modales.

Com. 63.

Que theophrastus contra Aristot.

Defensio Aristot.

Solutio

Solutio nunc: & hæc solutione secunde, docet duo in solutione prime questionis. quorum primum est, affirmatiua esse oppositam negationem & non affirmatiua contrarij. Secundum est, affirmatiua uera non esse oppositam negationem ueram uel affirmatiua contrarij ueram per illam uniuersalem, uero nihil uerorum oppositum esse potest, inquit. Quare si in opinione ita res sese habet: & affirmationes atque negationes que sunt in uoce, signa sunt earum que sunt in anima. Opiniones enim in anima sunt affirmationes uel negationes: enuntiationes uero illarum signa sunt. Si inquam ita est in opinionibus, que sunt mentales enuntiationes: patet & affirmatiua contrariam quidem esse eam negationem, que uniuersaliter de eodem existit, quod exemplo indicat & inquit, ut hic, omne bonum est bonum, aut omnis homo est bonus. hanc, nullum bonum est bonum: aut nullus homo est bonus. Et hoc si uerum indefinitis uniuersaliter: contradictoria uero oppositam hanc, non omne bonum est bonum: uel non omnis homo est bonus, & hoc si uerum indefinitis uniuersaliter & particulariter.

Hæc de primo. Deinde concludit secundum & inquit. Patet insuper fieri non posse, ut uera uera contraria sit, siue in uoce sit: accipit enim uerbum illud ἀντιπαράστυς pro oratione & non pro contradictione.

Probat hoc sic, contraria sunt opposita, pura non sunt opposita, igitur uera non sunt contraria. De ratione tangit maiorem dicens: contrariae siquidem circa opposita sunt, & supple, opposita hæc est maior. Deinde tangit minorem & inquit. ipsa autem uera circa idem esse possunt, & non opposita circa opposita. Addit repetitionem maioris dicens: non autem (ut dictum est) contraria inesse possunt eidem. Repetit conclusionem uidelicet, igitur uero nullum uerum est contrarium. & sic patet solutio prime questionis, & conclusio libri.

Theophrastus, ut græcā naturam, aduersus Aristotelem opinatur contrarietatem esse maiorem oppositionem ipsa contradictione. Vt uero definitione contrarietatis. nam dicitur contrarietas maxima distantia: distantia autem oppositio est quedam: igitur contrarietas ipsa erit maxima oppositio. Porro idem pro Theophrasto confirmari: nam contradictio potest saluari in minima oppositione ut in rebus, igitur sui natura non est maxima. Ad rationem uero Aristotelis soluit Theophrastus: non enim contrarietatem ad contradictionem reducat, sed e contra potius: siquidem ad maius semper ipsi minus reducat.

Sed quicquid sit de positione theophrasti: positio Aristotelis est uerissima: nam omne uerum commune ad magis commune, & omne per accidens ad per se reducat. At demonstrauit Aristoteles contrarietatem esse minus commune, esseque oppositionem fieri per accidens ac compositam, quo ad illud quod habet de contradictione: ideo ad rationem Theophrasti dici potest, contrarietatem esse maximam differentiam: non autem maximam oppositionem. Confirmatio quoque nulla est, quia & si contradictio potest saluari in minima oppositione: etiam ipsa potest saluari in maxima: & propterea per confirmationem ipsam nihil demitur ab opinione Aristotelis. unde & Aristoteles prior posterior describit contradictionem esse oppositionem, cuius per se non est medium inuenire.

in ceteris uero medium per accidens non inuenitur, quatenus reducuntur ad contradictionem. hæc pro Aristotele dicerem. Quærum hic iuniores, utrum uerum positum esse oppositum uero, & uidetur quod sic, nam hæc sunt contraria nullum continuum est diuisibile in infinitum, & uerum uero omne continuum est diuisibile in infinitum: & tamen ambo sic sit contraria uera. Primum enim uerum est, secundum rationem physicam. Secundum autem, secundum rationem mathematicam.

Secundo, ex nihilo nihil fit, est uerum ratione physica. ex nihilo autem aliquid fit, ratione theologica est uerum, & sunt contradictoria.

Esalanus hic asserit uerum uero non opponi tribus rationibus. Primo, quia æquationi intellectus nulla æquatio est opposita. uerum autem ipsum æquatio est intellectus. Secundo, quia in relationibus non est contrarietas, at æquationes illæ relationes sunt. Tertio, quia cognitio non repugnat cognitioni, at ueritas ipsa quedam cognitio est.

Sed hæc solutio quoad conclusionem non est falsa, imo est positio Aristotelis quo uero ad rationes nec est peripatetica nec ualet, quod declaro per singulam rationem.

Prima quidem ratio non est peripatetica, quia Aristoteles nullibi ueritatem orationis definit per adæquationem intellectus: sed ab eo quod res est uel non est: nec ualet, nā petit principium: potest enim questio reuerti de æquatione ueluti de ueritate: qui enim teneret ueritatem ueritati opponi diceret unam æquationem alteri opponi. Secunda etiam non est peripatetica nec ualet: nā licet in rebus non sit contrarietas prædicamentalis, bene est contrarietas enuntiationum. Hæc enim contrariae sunt. ois pater est ad aliquid: nullus pater est ad aliquid. Tertia etiam petit principium: quia qui uellet ueritatem ueritati contraria esse, diceret cogitationem cogitationi esse contrariam. Propterea non est reuendū ab Aristotelis ratione. Duo enim uera opponi non possunt nec contradictoria nec contraria. Contradictoria quidem non, quia per legem contradictoriarum in primo libro traditam duarum contradictoriarum, alteram ueram, alteram falsam esse oportet: igitur duo uera contradictoria non possunt. contrariae uero minime, quoniam per legem contrariarum due contrariae bene possunt esse simul falsæ: nunquid autem simul uera, igitur due uere enuntiationes non possunt opponi, possunt tamen bene esse subcontraria & subalterna: sed hoc modo non dicuntur opposita. Et hæc declaratio est peripatetica & legitima, non metaphysica: qua uia cucullati sepe solent incedere etiam in logica. Tunc ad rationes dicendum tam contradictoria que contraria esse de consimilibus subiectis & prædicatis modo consimili sumptis, ut sorticole tradunt. At in proposito non est ita: nam omne continuum est diuisibile in infinitum, est uerum ratione mathematica: nullum uero continuum est diuisibile, est uerum ratione physica: & ita non consimili modo terminum sumuntur: et de secundaratione etiam eodem modo dicendum: nam ex nihilo nihil fit per generationem, ex nihilo uero aliquid fit per creationem: & ita termini non eodem modo sumuntur: ubi autem termini eodem modo sumerentur, ea que physica dicuntur falsa sum: non modo de creatione, sed de omnibus alijs, in quibus a theologis dissentiunt. Hæc de questione. Et per consequens de toto libro ad summum Dei laudem.

Finis operis Aristotelis. i. de interpretatione Aristotelis libri, interpretis & expositore Augustino Nipho.

Quo utrū contraria nullum continuum est diuisibile in infinitum, & uerū uero omne continuum est diuisibile in infinitum: & tamen ambo sic sit contraria uera.

Po Esalanus

Confutatio.

Expositio Propria

